Scaenicae quaestiones

Plautinae et Terentianae,

quas collegit et Epidaurici

inprimis theatri ratione habita

pertractavit

C. ZIEGLER.



Scaenicae quaestiones

Plautinae et Terentianae

quas collegit et Epidaurici

inprimis theatri

ratione habita pertractavit

C. ZIEGLER.



Inter libellum hunc perficiendum auctor gravi implicatus est morbo; quem excusare liceat, quod alia parum emendata et perpolita, alia non satis explanata et illustrata sunt; eodem priorem partem, quam quidem examen subiturus ex praescripto Latino sermone conscripserat, ne in nostram linguam, qua altera pars composita est converteret, prohibebatur. Singulares gratias in emendandis typis summa comitate adiutus agit Degenhardo et Meidingero collegis liberalissimis.

Schaeftlarni, a. d. X. Cal. Iul. a. MDCCCXCVII.

Ziegler.



Veterum res scaenica a superioris aevi hominibus antiquarum litterarum studiosis neglecta, inde ab G. Hermanni temporibus maiore diligentia perquiri coepta, summum iam doctorum hominum studium in se convertit tum, cum recentiore aetate Doerpfeldius, Epidaurici inprimis theatri parietinis in lucem protractis adductus, antiquorum scriptorum, maxime Vitruvi et Pollucis, de scaena construenda praeceptis, quibus priores illi quidem se addixerant, reiectis Graecorum theatro pulpitum omnino non fuisse, et chorum et histriones in orchestra ante „ὑποσκήνιον“ egisse statuit. Quod cum non nullis probaretur (ut Kawerau in Baum. Denkm. s. v. Theatergebäude), non tamen deerant, qui mira illa inter Vitruvi, haud indiligentis quidem scriptoris, praecepta et Doerpfeldi opinionem repugnantia commoti auctores fierent redeundi ad ea, quae de scaenica re nos docent ipsi et tragici et comici poetae, incorruptissimi sane huius rei testes. Atque quinti quidem a. Chr. n. saeculi fabulae cum ab aliis exploratae sunt tum diligentissime ab A. Muellero in eo libro qui inscribitur: Lehrbuch der griechischen Bühnenaltertümer et ab E. Bodensteiner in „Szenische Fragen über den Ort des Auftretens und Abgehens von Schauspielern und Chor im griechischen Drama“, dissertatione Monacensi. Epidaurii autem theatri, quod extremo saeculo quarto a Polycleto minore extructum Christius docet (Sitz.-Ber. 1894, I p. 25 sqq.), qualis tunc fuerit condicio, perspici non potest nisi comoediis eadem fere aetate editis a Menandro, Diphilo aliisque novae comoediae poetis, quae quidem aetatem tulerunt a Plauto et Terentio Latino sermone expressae. Neque enim dubito, quin quae inde de re scaenica appareant — exceptis scilicet prologis — ad quarti et tertii saeculi scaenam Graecam referri liceat, praesertim cum Romanos poetas Graecorum exemplarium vestigia artissime pressisse satis demonstratum videatur; cf. Max Schuster, l. l. Adhuc autem qui de Plauti vel Terenti arte scaenica egerunt, velut Hahnius (l. l.)

et Roericht (l. l.) a Romanae scaenae, qualis tunc erat, condicione profecti libros suos composuerunt. Quare haud alienum visum est huius generis locos ex comoediis iterum colligere et retractare. Totam autem hanc quaestionem amplecti cum nec tempore nec spatio nobis liceat, reliquis in appendicem reiectis huic libello additam, postquam in universum quaedam de hoc theatro dixerimus, disputabimus:

de scaena;
de parascaeniis et pulpito;
de parodon significatione.

Theatrum Epidauri a Polycleto minore sub finem saeculi a. Chr. n. quarti extructum pulcherrimum illis temporibus clarissimumque Pausania auctore (II, 27. 5) constat fuisse. Eiusdem aetatis ex Graecorum comoediis in Latinum sermonem vertendas Plautus et Terentius quin eas elegerint, qui perfectione absolutioneque omnibus essent acceptae, dubium non est. Cum autem cuiusvis theatri species praecipue fabulis populo gratissimis necessario conveniat, Epidauriam ad Graecas illas comoedias dandas idoneam oportet fuisse. Quodsi Doerpfeldius censet eum, cuius ante ipsam scaenam extant fundamenta aliaque fragmenta, parietem non *ὑποσκήνιον*, sed *προσκήνιον* fuisse, quaeritur, utrum Plauti et Terenti fabulae ante illud *προσκήνιον* agi potuerint necne. Hoc autem diiudicari non potest nisi vera atque accurata eius imagine mente concepta. In libro igitur de Graecorum theatro nuper in lucem edito Doerpfeldius postquam altitudinem undecim pedum fuisse (eandem videlicet, quam Vitruvius refert hyposcaenii) ruinis quibusdam effecit, singulas eius partes describit his verbis: „Das eigentliche Proskenion, der mittlere Teil der Säulenwand, ist 22,60 m lang und enthielt 12 Halb- und 2 Einviertelsäulen, deren Axweite 1,74 m betrug. Eingefasst wurde es von zwei 1,00 m vorspringenden und 2,57 m breiten Paraskenien, die mit je 2 Dreiviertelsäulen ausgestattet waren. An die Paraskenien schliessen sich noch, wieder bis an die Flucht des Proskenions zurückspringend, kurze Mauerstücke an, welche je eine von 2 Pilastern eingefasste Thüre enthielten.“ (p. 125.) „Das Proskenion hatte in seiner über 22 m langen Front gewöhnlich nur eine einzige Thüre, weil nur in der mittelsten Säulenöffnung zwei Zapfenlöcher einer Doppelthüre enthalten sind und ausserdem die Schwelle dort stark abgetreten ist.“ (p. 125.) — „Wie die in der Mitte des Proskenions liegende Thüre im Ein-

zelnen gestaltet war, wissen wir nicht; aus den erhaltenen Resten geht nur hervor, dass sie zweiflügelig gewesen ist, eine Höhe von 2,68 m und eine Breite von 1,30 m gehabt hat. Sie hatte also dieselbe Grösse wie heute eine zweiflügelige Zimmerthür." (p. 128.) — „Die Breite des Podiums betrug, wenn wir die Ausladung des Geisons hinzurechnen, etwa 3,20 m". (l. a. fig. 50, tt. VI et VII.)

Denique cavea quoque, id quod infra apparebit, ad hanc rem pertinet. Quae ad quantam consurgat altitudinem quamquam a Doerpfeldio non refertur, tamen subducenda ratione obiter potest computari. Legimus enim in illius libro (p. 121.) caveam circuitu (*διαζώματι*) in duas divisam esse partes, quarum inferior duodecim, superior viginti duos ferme comprehendat cuneos, subsellia longe plurima eadem specie esse atque aliorum theatrorum. In Dionysio igitur Atheniensium theatro singularum gradationum altitudo erat pedum singulorum (p. 42.), universae gradationes quadraginta sex (p. 41.), ut summa eorum pedibus circiter quadraginta quinque vel quinquaginta collocata esset supra orchestram. Cuius radius, qua quidem veteres in aedificandis theatris utebantur mensura, cum aeque longus sit atque Epidauriae (l. a. p. 124: „.... wie dieser [sc. der Tanzplatz in Athen] einen Radius von 9,81 m einschliesslich der Steinschwelle hat, so kehrt fast dasselbe Mass (9,77 m) in Epidauros als Radius des Erdplatzes innerhalb der Steinschwelle wieder.") sequitur eandem huius caveae fuisse altitudinem. Quod si constet, fastigium eius ab histrionibus ante illud *προσκήνιον* agentibus distare pedes c. centum octoginta ratiuncula colligitur.

Nunc clarissimi huius aedificii forma specieque adumbrata haec ipsa quibus rebus cum Doerpfeldi sententia pugnet, priusquam ad id, quod proprie nobis proposuimus, transeamus, paucis absolvemus. Atque minimi ille quidem momenti id putat esse, quod et alii ei opposuerunt et nos supra significavimus eos, qui in summa cavea sederent spectatores, longius ab orchestra afuisse, quam ut, quae actores ibi loquerentur, cuncta exaudirent. Experimento enim collectam se dicit habere huius rei notitiam. Coram maiore hominum coetu quae quidam in orchestra recitaret, ea ab reliquis in fastigio versantibus plane accepta esse. Esto! Verum ille conatus est universas unius quae qualibet fabula actoris sunt partes, veluti protagonistae, paucis horis ita recitare, ut remotissimi quoque spectatores extrema verba non minus quam prima auribus perciperent? Hoc dum quis effecerit, tantum histri-

ones voci suae sine praematura eius ruina imperare potuisse negabimus. Immo gravius hoc nobis videtur quam quod Doerpfeldius adversariis suis opposuit pulpito undecim pedes alto imis spectaculis scaenae conspectum definiri. Praeterquam enim quod ipsius delineatione (l. a. f. 92. p. 356.) apparet actorum, vel si proxime a scaena constiterint, capita et pectora conspici, res fert, ut plerumque illi in antica pulpiti versentur parte.

At enim neque logeo undecim pedes alto spatium illud multo minuitur et in Dionysio quinti saeculi theatro histriones in orchestra non minore spatio interiecto egisse constat. Quid? quod illa aetate ista scaena ornata erat parascaeniis pedum non minus quindecim (cf. l. l. fig. 22, p. 68.)!

Parascaeniorum enim quasi munera videntur esse tria; ornationem ante scaenam collocatam, velut domos, in forma quadam includere; scaenae frontem utrimque aequaliter et congruenter definire; sonitum verborum in proscaenio prolatorum, ne priusquam ad summa spectacula pervenerit, dispergatur una cum scaena compescere atque integrum reddere*). Quorum quidem, quae Doerpfeldius in Epidaurico theatro censet fuisse parascaenia, funguntur nullo. Namque tam tenuibus crepidinibus scaenarum numerus haud exiguus, id quod infra apparebit, agi non potest; eaedem cum pariete sexaginta pedes longo non concinunt; sonitus denique quin statim in omnes partes dilabatur non prohibent. Quae cum ita sint, quid illae sibi volunt? cur non desunt ut Eretriae? Non sunt enim parascaenia, sed pilae, quibus pulpito ultra parascaenia super illas exstructa in orchestram versus producto actoribus parascaeniorum itinera expediantur. An mirum, quod in ipsius Doerpfeldi theatrorum formis (fig. 26, p. 75; fig. 50, p. 122 et t. VII; fig. 44, p. 112; fig. 63, p. 154.) inter „proscaenium“ et scaenam spatium est pedum circiter decem, idem atque pulpiti fuisse refert Vitruvius?

Denique omne illud, quod ante scaenam fuisse vult Doerpfeldius, aedificium pugnat cum congruentia aequalitateque, quam in hoc ipso theatro summam fuisse veteres gloriantur. Cum enim longitudine esset pedum plus sexaginta, latitudine decem, tectum eius pertinebat per pedes quadratos circiter sescentos.

Vastum hoc aequor qualem putas aspectum praebuisse specta-

---

*) cf. Vitr. V, 6, quod de scaena dictum ad parascaenia quoque referre sine dubio licet.

culis mediis atque summis? Tectumne nudum spectantium oculis subici, frontem columnis aliisque ornamentis distinctam aulaeo velari! Ille quidem *θεολογεῖον* quoddam censet fuisse (p. 28. „ein vor der Scene befindliches Podium, auf welchem vielfach die Götter, und wenn ein Theil des Stückes sich auf dem Dache des Hauses oder im Olymp abspielte, ausnahmsweise auch andere Schauspieler auftraten".) At primum ad hoc neque tam magnum spatium necessarium est et ad tollendos deos praesto erant *αἰωρήματα* (cf. D. — R. l. l. p. 128, 227 sqq.); accedit quod in cunctis et Plauti et Terenti comoediis, ut deus sublimis ingrediatur vel abeat, nunquam (de Amph. v. 1143 v. adn.), ut alia persona in tectum prodeat, usu venit uno Amphitruone. Ad hoc etiamsi pauca illa, quae in tragoediis *) inveniuntur, addimus, tamen numerus efficitur multo minor, quam quo deforme illud in pulcherrimo hoc theatro probetur. Facile autem omnis discrepantia tollitur pulpito in hoc spatio collocato; quae quidem opinio firmatur ipsis Doerpfeldi verbis, cum dicat (p. 128): „Das Dach des Proskenion bestand aus hölzernen Balken und Bohlen, ... Es war horizontal und bildete ein vor der Skene befindliches Podium."

Hactenus fuerunt, quae in universum videbantur exponenda; nunc iam veniemus ad ipsam rem.



*) Reischius quidem tres huc pertinere locos pro certo iudicat: Heracl. in Philoct; Apollo et Helena in Oresta Eur; Dionys. in Bacch. (p. 223). Addit (p. 271). Iovem in Amph. „Am Schluss von Plautus' Amphitruo erscheint Juppiter (v. 1143) von Donnerschlägen angekündigt über dem Hause, da er sich nunmehr, ganz ähnlich wie Dionysos am Schlusse der Bacchen, als Gott zeigt. Und wenn er v. 1143 sagt: ego in caelum migro, so erinnert auch das an Wendungen, wie Eur. Her. fur. 872 ...." At non est, cur Juppiter in tectum prodeat; comoedia enim est, qua quidem deum quoque sine ullo apparatu magnifico domo prodire et de pulpito discedere minime dedecet (cf. Bethe p. 310: ... erschiene Juppiter dort [θεολογειὸν hic quidem intellegitur], so könnte er nicht mehr 1143 sagen: Ego in caelum migro).

De scaena.

In omnibus fere his comoediis scaena fingitur pars plateae prope portam sita; exceptae sunt Rudens, quae ad oram maritimam et Heautontimorumenos, quae ad senum villas ruri agitur.

De domorum numero cum adhuc, quantum scimus, accurate non sit disputatum, diligentius singulas fabulas*) perquirento cognoscemus.

Singulae domus.

In Amphitruone una opus est domo Amphitruonis et Alcumenae uxoris; cf. 97: in illisce habitat aedibus Amphitruo. Inter versus 546 et 627 scaena mutata adumbratur locus portui vicinus; cf. 557 sqq. Sed quamquam una tantum ianua ab actoribus usurpatur, tamen complures in scaena pictae conspiciuntur; cf. 97: Haec urbs est Thebae; a quibus Amphitruonis aedes eo distinguuntur, quod solide extractae e scaena prominent; nam v. v. 1013 sqq. Mercurius Amphitruonem de tecto ludit; cf. 1001: Dein susum ascendam in tectum, ut illum hinc prohibeam. (cf. Ar. Vesp. 68; 144 sqq.)

Scaenam huius simillimam praebet ‚Captivi'. Unam enim habitant domum Hegio senex, Philocrates et Tyndarus captivi, Lorarii, puer (Parasitus); cf. 4: Senex, qui hic habitat, Hegio ..... Fratrem Hegionis, cuius ex aedibus Aristophontes adducitur 497, in ipsa scaena non habitare docemur vv. 489 sqq., quibus efficitur Hegionem cum Aristophonte ex urbe aduenire. A portu ingrediuntur cum sene v. 917 Philopolemus et Stalagmus (cf. 869). Attamen scaena plures domos habeat necesse est propter v. 789;

*) Perspicuitatis causa hunc ordinem secuti sumus, quamquam sermonis quandam siccitatem et languorem habet.

Ne quis in hanc plateam negoti conferat quidquam sui. cf. Brix., Capt. Einl. p. 7. „Die Bühne stellte eine Strasse im Hintergrunde mit Häusern vor, unter denen das Hegio's, um welches und vor welchem die Handlung sich abwickelt, besonders hervortrat."

Binae domus.

Asinaria: alteram domum habitant: Demaenetus senex, Artemona uxor, Argyrippus adulescens, Libanus et Leonida servi; cf. 327: Lib. Minor (sc. erus; i. e. Argyrippus) hic est intus; — alteram Cleareta et Philenium; 52: Equidem scio iam, filius quod amet meus Istanc meretricem ex proxumo Philenium. — Mercatorem extrinsecus aduenire apparet ex v. 378: Ut demonstrata sunt mihi, hasce aedes esse oportet Demaenetus ubi dicitur habitare. — Restat Diabolus adulescens cum Parasito, qui unde v. 739 egrediantur poeta nullo verbo significat; v. 820 Diabolus tantummodo dicit se parasitum domi opperturum, postea non amplius prodit; quare cum nullo loco aedium eius in scaena sitarum mentio fiat, duas domos fuisse quam tres probabilius est.

Casinae in scaena duae conspiciuntur domus: Lysidami senis et Cleostratae eius uxoris, cum Pardalisca ancilla (147), Olympione et Chalino servis; cf. 35: Senex hic maritus habitat; — Alcesimi senis et Myrrhinae eius uxoris; cf. 145: Cleostr. Ego huc transeo in proxumum ad meam vicinam (sc. Myrrhinam; cf. 161 sqq.) Coquos a foro adducitur v. 168.

Mostellaria: binae sunt aedes Theopropidis et Simonis senum; 673: Euge, optume eccum aedium dominus foras Simo progreditur; 650 Tran. Quid ego nunc agam Nisi ut in vicinum hunc proxumum rem conferam; cf. 1, 3, 6. — Habitant cum Theopropide Tranio (Grumio), Philolaches, Philematium, Scapha, Puer; — cum Simone nulla reliquarum personarum; Callidamatem enim cum Delphio in scaena non habitare ex eo intelligitur, quod v. 306 servos suos ad Philolachem sibi obviam ire iubet, nimirum qui se domum reducant. Misargyridem vero ex urbe advenire cum ipsa res et persona danistae tum v. 567 sqq. monstrant. Tran. Abi quaeso hinc domum. Dan. Abeam? Tran. Redito huc circiter meridiem. 570: Dan. Quid ego huc recursem?

Menaechmi: Agitur fabula ante domos Menaechmi I et Erotii meretricis; 108 Pen. Nunc ad eum inviso. Sed aperitur ostium. Menaechmum eccum ipsum video; progreditur foras; —

180: Mane, mane; obsecro hercle; eapse eccam exit (exit Erotium); cf. Brix, Men. p. 10: „Die Handlung spielt in Epidamnus; ihr Schauplatz ist durchweg der Strassenteil zwischen den beiden benachbarten Häusern des Menaechmus I und der Erotium.“ In has domos personae distribuendae sunt ita: 1) Menaechm. I, Matrona; Peniculus; 2) Erotium, Cylindrus; Ancilla. — Peregre adveniunt Menaechm. II et Messenio v. 224; cf. 393. Ex urbe ingrediuntur Medicus (cf. 867 sqq.) et senex matronae pater (731).

Miles gloriosus: Habitant alteram domum Pyrgopolinices, Palaestrio, Artotrogus, Sceledrus (272), Lucrio (818), Cario (1390); alteram Periplecomenus, Pleusicles (134); cf. 154: Sed foris concrepuit hinc a vicino sene. — Acroteleutium et Milphidippa ex urbe adducuntur a Periplecomeno (cf. 782 sqq. et 868 sqq.); quae ob eam quoque causam in scaena habitare non possunt, quod militi eas oportet ignotas esse.

Mercator: Conspiciuntur 1) aedes Demiphonis senis et Charini eius filii cum Acanthione servo; 129: Ac. at etiam cesso foribus facere hisce assulas? Aperite aliquis. Ubi Charinus erus? — 2) Lysimachi senis, Dorippae eius uxoris, Eutychi filii, cum Lorario et Syra ancilla; 268: Dem. Sed conticiscam; nam eccum it vicinus foras; cf. 467. — Pasicompsa a Lysimacho a portu adducitur 491; (cf. 322); coquus a foro 730 (cf. 689).

Persa: Duarum domuum altera est Toxili cum Paegnio; 322: Sag. ad Tox. Nunc mihi Eretria erit haec tua domus; cf. 299 sq.; altera Dordali lenonis cum Lemniseleno et Sophoclidisca; 444: Tox. ad Dord. Eadem istaec facito mulier (sc. Lemnisel.) ad me transeat per hortum. — Saturio parasitus eiusque filia in scaena habitare non possunt; nam neque ipsum neque filiam lenoni licet notam esse; cf. 132: Tox. Hic leno neque te novit neque gnatam? — Eandam ob causam Sagaristionis, vel potuis eius heri aedes extra scaenam cogitandae sunt. Accedit quod Sagaristio in aedibus hero vicinis minime auderet, cum Eretriam missus esset (cf. 255), versari creditamque sibi pecuniam absumere (cf. 322).

Poenulus: Prodeunt altera ianua Agorastocles, Milphio eius servus, Collabiscus vilicus (575); cf. 78: Is illic adulescens habitat in illisce aedibus; — altera: Lycus leno, Adelphasium et Anterastilis (203 sqq.), Giddeneme (900), Syncerastus (826 sqq.); cf. 95: is (sc. leno) in illis habitat aedibus. — Antamoenides miles v. 470 ingreditur a fano Veneris (cf. 447 sqq.), quod extra scaenam situm esse apparet inprimis ex v. v. 362 sqq. Aduocati ab Agorastocle

ex urbe adducuntur 503; cf. 583 sq. Peregre aduenit Hanno cum puero 929 (949); cf. 1138 sqq.

Rudens: In scaena sunt villa Daemonis senis (cf. 33: Illic habitat Daemones In agro atque villa proxuma propter mare) et fanum Veneris (cf. 94: Nunc huc ad fanum Veneris venio visere). — Studemund „Ueber zwei Parallelkomödien des Diphilus": Verhandl. d. 36. Versamml. deutscher Philol. u. Schulm. in Karlsruhe 1882, p. 34: „Das Stück spielt an der Meeresküste von Kyrene, vor dem Tempel der Venus, an den sich Myrthengebüsch anschliesst (vgl. Rud 733) und vor dem Haus des alten Daemones."

Andria: In scaena habitant: Simo senex cum Pamphilo filio, Sosia liberto (cf. 28 sqq.), Davo (174) et Dromone (860) servis et Glycerium mulier cum Myside ancilla (226); 28: Simo: Vos istaec intro auferte; 69: Interea mulier quaedam Ex Andro commigravit huc viciniae; cf. 174, 226. Chremetis senis aedes in scaena non conspici apparet v. v. 361 sqq. Crito extrinsecus advenit v. 796. Charini aedes in scaena sitae nullo loco memorantur; 319: Ad te venio; cf. 337.

Adelphi: Duarum domuum altera est Micionis senis cum Aeschino adulescente, Syro (209) et Dromone (776 sqq.) servis; cf. 167: Aeschin. ad servum: Abi prae strenue et fores aperi.... I intro nunciam; — altera Sosistratae matronae cum Pamphila filia, Geta servo (320), Canthara nutrice (288); cf. 486, ubi Pamphilae parturientis clamores e scaena prorumpunt. Rure venit Demea senex cum Ctesiphonte filio (cf. 44) et Hegio illorum vicinus; 438. Dem. Sed quis illic est, quem video procul? Estne Hegio tribulis noster? cf. 497. Sannionis quoque lenonis aedes extra scaenam in urbe sitae sunt; cf. 88 sqq.

Ternae domus.

In iis, quae sequuntur fabulis personae in singulas domos distribuendae sunt hunc in modum:

Aulularia: I. Euclio senex, Phaedra eius filia (165), Staphyla (40), Lar familiaris (3); cf. 3: Ego Lar sum familiaris ex hac familia Unde exeuntem med adspexitsis.

II. Megadorus, Strobilus servus (?); 31: Eam (sc. Phaedram) ego hodie faciam ut hic senex de proxumo Sibi uxorem poscat.

III. Fanum Fidei; 609: ... Se aulam onustam auri abstrusisse hic intus in fano; cf. 574. Anthrax et Congrio coqui a foro ad-

ducuntur v. 272. De Eunomia et Lyconide Strobiloque eorum servo in dubio adhuc relinquebatur res. Atque Strobilum hunc quidem non eundem et Megadori et Lyconidis servum esse iudico cum Ussingio (vol. II ed. Plaut. p. 274): „. . . poetam . . eodem nomine utrumque servum appellasse credere non possum. Erroris causa non ab ipso Plauto, sed a posterioribus repetenda est, nec dubitari potest, quin apud Plautum duo fuerint duorum servorum nomina". Afferendum quoque Dziatzkonis iudicium; qui postquam in utramque partem rem disquisivit, concludit his verbis (Mus. Rhen. vol. 37; 1882; p. 262 sqq.): „Es scheint mir somit nur ein Weg der Erklärung offen zu sein, nämlich anzunehmen, Plautus habe bei seiner Bearbeitung des griechischen Stückes den Hausstand des Megadorus und der Eunomia, beziehungsweise des Lyconides, welche er als nahe Verwandte bereits vorfand, mit einander verbunden, so dass er Letztere in dem Hause des Ersteren, beziehungsweise in einer Abteilung desselben wohnen liess." At hic nimium tribuit versui 720: Lycon. Quinam homo hic ante aedis nostras eiulans conqueritur maerens?" nam quod adulescens avunculi domum, unde progreditur, etsi ipse ibi non habitat, „nostras aedes" appellat, haud mirum videtur. Lyconidem vero cum matre et servo in scaena non habitare manufesto iam apparet hac ratione: v. 704: Strobilus aurum Euclioni surreptum domum aufert, nimirum in aedes Lyconidis heri, unde v. 801 redit; Lyconides autem a virginis nutrice eum venire putat, i. e. ex urbe. Accedit, quod v. v. 804 sqq. intellegi non possent, si Strobilus ex eadem atque paulo ante Lyconides egrederetur domo; cf. 160 sq. cum 144—146; 672, 686 sqq.

Curculio: I. Phaedromus adulescens cum Palinuro servo et Curculione parasito; cf. 276: Pal. Heus, exi, Phaedrome . . . II. Cappadox leno, Leaena anus (76), Planesium virgo (44); cf. 15: Huic (sc. fano) proxumum illud ostium occlusissumum. — III. Fanum Aesculapi; cf. 13: Hoc Aesculapi fanumst. Quo ex versu cum v. 15 comparato intelligitur fanum in media scaena inter duas illas domos situm esse. — Coquos a foro conducitur v. 251; cf. Ussing, ed. Plaut. vol. II. p. 544; Brix. Menaechm. Einl. p. 7. — Lyconem trapezitam et Therapontigonum militem parodo incedere cum per se consentaneum est tum eo quoque probatur, quod hi nullo loco e scaena prodire dicuntur.

Bacchides: I. Bacchides sorores; 108: Bacch. Sequere hac igitur me intro lotum; cf. 365. — II. Nicobulus senex, Mnesilochus

eius filius, Chrysalus eius servus; 231: Chrys. Sed foris concrepuit nostra. Quinam exit foras? — III. Philoxenus senex, Pistoclerus filius, Lydus paedagogus. Quorum aedes cum a poeta ipsae non sint significatae, tamen in scaena cogitandas censeo, atque in ea quidem illius parte, unde urbana patet parodos. Pistoclerum enim cum pompa ad Bacchidem meretricem proficiscentem per urbem secutus est Lydus; cum in scaenam venerint, hic illum alloquitur v. 107: Iam dudum, Pistoclere, tacitus te sequor Inspectans, quas tu res hoc ornatu geras . . . . 111. Quo nunc capessis ted hinc advorsa [aliuorsa Uss. cf. vol. II. p. 384] uia Cum tanta pompa?" De „advorsa" et „alivorsa" infra agemus de pulpito disputantes. Particulae autem „hinc" vi ostenditur illa verba eo ipso loco pronuntiari, quo consistendum Lydo videtur, ante paternas aedes. cf. Ussing, vol. II. pag. 838: „Lydus paedagogus eius, quid novi alumnus moliatur miratus, eum per aliquod tempus observavit et domum suam, ut putabat, redeuntem tacite secutus est. Sed quum paternis aedibus praeteritis ultra pergat, indignabundus eum alloquitur . . . ." Neque id quidem neglegendum, quod Lydus v. 381. Philoxenum profectus arcessitum post viginti iam versus cum eo redit.

Pseudulus: I. Simo senex, Calidorus filius, Pseudulus servus; 573. Ps. Concedere aliquantisper hinc me intro lubet. — II. Callipho senex; 410: Pseud. Erum eccum video huc Simonem una simul Cum suo vicino Calliphone incedere; cf. 516 sq. — III. Ballio leno, Lorarii, Meretrices (132 sqq.), Puer (250), Phoenicium mulier (226 sqq.); 130: Ostium lenonis crepuit. — Charinus extra scaenam in urbe habitat; nam Simiam ex domo sua in forum producere pollicitus cum eo in scaena non conspicitur; (cf. 734 sq.). — A foro ingrediuntur coquus (794) et Simia (915); Harpax a taverna extra portam sita advenit; (cf. 661).

Stichus: I. Antipho senex; 68: Ant. Facite sultis nitidae ut aedes meae sint, quum redeam domum. — II. Epignomus et Panegyris cum Sticho servo (372), Crocotio ancilla (153), Pinacio puero (274 sqq.); cf. 150: Paneg. Nunc soror abeamus intro; 614, 625, 673. — III. Pamphilippus et Pamphila (394, 538), cum Sangario servo (664) et Stephanio ancilla (432); cf. 150, 625. — Gelasimus parasitus ex urbe venit; cf. 153.

Hecyra: I. Bacchis et Philotis meretrices, Syra anus (59 sqq.); cf. 97. Philot. Sed quid hoc negotist, modo quod narravit mihi Hic intus Bacchis? II. Laches senex cum Pamphilo filio, Sostrata

uxore, Parmenone (76) et Sosia (415) servis; cf. 76 sqq., quibus versibus Parmeno egrediens servos quosdam in aedibus versantes alloquitur. III. Phidippus senex cum Myrrhina uxore; v. v. 314 sqq. Philumenae in patris aedibus parturientis clamores a Pamphilo in proscaenio exaudiuntur; cf. 124.

Heauton timorumenos: I. Chremes senex, Sostrata uxor (613 sqq.), Clitipho filius (178), Syrus servus (191), Nutrix (616); 173: Chrem. Ibo adeo hinc intro; sed quid crepuerunt fores hinc a me? II. Menedemus senex, Clinia filius, (180 sqq.), Dromo servus (191 et 240); v. 235: Clit. Etiam caves, ne videat forte hic te a patre aliquis exiens? cf. 54, 56. — III. v. 168 sq. Chrem. sed ut diei tempus est, Tempust monere me hunc vicinum Phaniam. Ad cenam ut veniat: ibo, visam si domist. — Atque proxumo iam versu redit: Nil opus fuit monitore; iam dudum domi Praesto apud me esse aiunt. — Quare cum ipse Phania ille nullo loco prodeat, tamen eius aedes — vel potius villam, ruri enim agitur fabula (cf. 68, 191) — in scaena conspici iudico. — Antiphila et Bacchis cum Phrygia ancilla (731) ex urbe adveniunt (375) (cf. 191).

Eunuchus: I. Thais meretrix, Pythias (504 sq.) et Dorias (615 sqq.) ancillae; 79: Sed eccam ipsa egreditur (sc. Thais). II. Laches senex, Phaedria et Chaerea (289) filii, Parmeno servus, Dorus Eunuchus (668 sqq.); 461: Adibo atque adsimulabo, quasi nunc exeam (loquitur Parmeno). — III. Thraso miles quoque cum Gnathone parasito et Sanga servo in scaena habitet necesse est, maxime propter versum 537, ubi Pythias ante Thaidis aedes Chremetem illam apud militem versantem convenire iubet his verbis: Amabo ut illuc transeas, ubi illast. Verbum enim transeundi ubicunque apud Plautum legitur, usurpatur de domibus in ipsa scaena vicinis. — v. 506 sq. miles si parodo abiret non posset non obviam fieri Chremeti illinc advenienti; eandem rationem praebent v. v. 538 sq. Accedit quod miles, qui v. v. 754 sqq. servorum aciem Thaidis aedes oppagnaturus instruit, v. 576 interrogat: „Cedo alios; ubi centuriost Sanga et manipulus furum? San. Eccum adest. Videtur igitur Sanga antea non affuisse, sed hoc ipso versu militis clamore concitatus ex aedibus erumpere, quippe qui etiam peniculum secum afferat (cf. 777). — Neque v. v. 494 sqq. quidem longius, quam ad proxumas aedes emetiendum est, iter intelligere cogimur. — Restant, qui ex urbe ingrediuntur, Chremes (507 sqq.) et Antipho (539 sqq.) adulescentes, Sophrona nutrix (809, 905).

Phormio: I. Demipho senex, Antipho eius filius, Geta servus (51 sqq.), Sophrona nutrix (728); cf. 51: si quis me quaeret rufus . . ., quibus verbis Geta conservos in domo versantes egrediens alloquitur. — II. Chremes senex, Nausistrata uxor (776, 784), Phaedria filius (64); 816: Iamne operuit ostium (sc. Nausistr.)? — III. Dorio leno; 484 sq.: Ge. Phaedria tibi adest. Ant. Ubinam? Ge. Eccum ab sua palaestra exit foras; (prodit Phaedria cum Dorione). — Phormionem parasitum extra scaenam in urbe habitare cum ex v. v. 440, 562, 598, 900 apparet, tum eo quoque consentaneum est, quod senibus eum ignotum esse oportet. — Advocati ex urbe adducuntur v. 348 (cf. 312). Davus quoque parodo incedit v. 35 (cf. 39, 63 sq.)

In tribus his quae sequuntur fabulis, dubitari potest de domorum numero.

Epidicus: Certae sunt duae domus, quas habitant: I. Chaeribulus; 71: Ire ad Chaeribulum iussit huc in proxumum; cf. 159. — II. Periphanes senex, Stratippocles, Epidicus et Thesprio servi (v. 1 sqq.), Acropolistis (567); 304 Apoec. ad Periph. Quin tu is intro atque huic argentum promis; cf. 320.

v. 188: Sed eccum ipsum ante aedis conspicor erum meum atque Apoecidem; hic versus num ad Periphanis aedes pertinere possit, valde dubito hanc ob causam. Epidicus simulans senes a se non conspici, quasi ex urbe modo adueniens Periphanis domum petit; cf. 197: Di immortales, utinam conveniam domi Periphanem per omnem urbem quem sum fessus quaerere. — Ab ipso sene vocatus respondit 202: Epidicum quis est qui revocat? Quid sibi vult hoc ‚revocat‘, si isti ante ipsam quam petit versantur domum? Immo ita res nobis videtur se habere: Tertia in scaena domus est Apoecidis, quae quidem illo versu intellegitur. Nam ‚erum meum atque‘ Goetzius addidit; in Palatino-Vaticano (Ritsch. B) legitur: CONSPICORAPECIDEM . . .; suspicor legendum esse: APECIDIVI . . . atque supplendum: Apecidi vicini sui, quae genetivi forma perusitata est Plauto; litteram e addidit librarius, eodem atque nostri editores errore ductus. Lacuna autem, quae in codice sequitur, ita potest expleri: Sed eccum ípsum ante aedes cónspicor Apoécidi ui<ciní sui Adstántem illumque uná, talis> qualis volo vetulós duo; (cf. Bacch. 448, 973; Most. 753; Pseud. 410 sq.). „erum meum“ a Goetzio praeter necessitatem additum est; nam „ipsum“ pronomem necessario referendum est ad superioris proximi versus substantivum ‚senis‘. Sed ipsa quoque res huic rei documento

videtur esse: Periphanes enim amicum sibi vicinum convenit de uxore ducenda consulturus; cuius ex domo progressi continuant consilium. Neque v. 421 quidem Apoecidi, si quidem extra scaenam habitaret, abeundi causa opus esset huius generis: Res magna amici apud forum agitur; ei uolo Ire advocatus. — Tres igitur domos in Epidici scaena adumbratas demonstrasse videmur.

Trinummi de scaena quaestio est difficillima. Ab ipso enim poeta certo significatur sola domus Calliclis senis, quae antea erat Charmidis; 125: Megar. ad Call. Emistin de adulescente hasce aedes, ubi nunc tute habitas? cf. 3, 403. — Brix. Trin. p. 30: „Die hintere Bühnenwand zeigte die Eingänge zu den in einiger Entfernung von einander stehenden Häusern des Callicles (Charmides) und Megaronides.“ Quod num recte statuerit, dubito. Nam v. 816 Megaronides Callicli pollicetur se sycophantam de foro conducturum atque ad Lesbonicum missurum; ille 843 in proscaenium egressus loquitur 853: Ille, qui me conduxit, ubi conduxit, abduxit domum; 866: Has regionis demonstravit mihi ille conductor meus. Qui versus, si Megaronides in scaena prope Calliclem habitaret, minime convenirent. Atque, etsi v. 821 cum editoribus novum actum incipere volueris, tamen v. 843 ex Megaronidis aedes progredi necesse esset sycophantam, contra v. 841: Sed quis hic est, qui in plateam ingreditur? cf. 995: Syc. Ibo; ad illum renuntiabo, qui mihi tris nummos dedit. — Quare Megaronidem extra scaenam habitare iudico. — In dubio relinquitur res de Philtone sene. Cuius aedes in scaena non conspici apparere videtur hac ratione: Lesbonicus v. 592 abiit ad Philtonem (cf. 583), unde cum Lysitele eius filio redit v. 624: Stas. Sed generum nostrum ire eccillum video cum adfini suo; Nescio quid non satis inter eos convenit; celeri gradu Eunt uterque; ille reprehendit hunc priorem pallio; Haud ineuscheme astiterunt. Huc aliquantum abscessero. — Puto hoc loco (id quod saepe usu venit apud Plautum) adulescentes non ante versum 628 in proscaenium egredi, sed a Stasimo iam antea currentes in platea conspici; nam huic v. 627 etiamtum copia est se occultandi; non autem fieri potest, ut servus illos nondum egressos se conspicere simulet, nisi parodo adveniunt. Accedit quod non magis Philtonis quam Megaronidis aedes ullo loco memorantur; cf. 391 sqq., 434, 450, 582 sqq. — v. 423: Pol opino adfinis noster aedes vendidit: „adfinis“ vim habere potest non „vicini“ sed „cognati“; significatur enim illa voce Lesbonicus, cuius sororem ducturus est Philtonis filius.

Quamquam autem Philtonis aedes extra scaenam sitae maiorem habent fidem, tamen siquidem alterutri domum in scaena adiudicandam censueris, Philtoni quam Megaronidi tribuatur malim, cum propter v. 278: (Quo illic homo (sc. Lysit.) foras se penetravit aedibus), tum ea de causa, quod eius filius Lysiteles multo magis ad ipsam fabulam attinet quam Megaronides.

Lesbonicus adulescens aedibus Callicli venditis posticulum sibi recepit; cf. 193; quaeritur, utrum huius posticuli aditus idem sit atque Calliclis aedium, an ipsum in scaena conspiciatur expressum. Atque Brixio quidem (Trin. p. 125 ad v. 1085) videtur: „Ueber das Postikulum und seine Lage scheint sich Plautus nicht recht klar gewesen zu sein; auch 1174 stimmt nicht zu 390 und 400, v. Langen, Studien 222.“ Nonnullis quidem versibus idem et posticuli et Calliclis aedium ostium videtur intellegi, veluti v. 12: Adulescens quidam est, qui in hisce habitat aedibus; cf. 391, 401, 403; contra quos alii sunt multo maioris momenti, qui proprium posticuli aditum postulent: v. 1078: Charmides Stasimum suas in aedes se sequi iubet ad Lesbonicum filium: Eamus intro sequere. Stas. Quo tu te agis? Ch. Quonam nisi domum? St. Hicine nos habitare censes? — Non sunt nostrae aedes istae. 1085. Ch. Ubi nunc filius meus habitat? St. Hic in hoc posticulo. — v. 1176 Lesbonicus e posticulo progressus patrem advenisse etiamtum nescit, quamquam ille a v. 1111 usque ad v. 1125 in suis aedibus versatus est, id quod mirum esset, si eadem uterque uteretur ianua. — Quae cum ita sint, in scaena Calliclis (Charmidis) aedes et posticulum conspici iudicamus.

Truculentus. Certae sunt duae domus: I. Phronesii meretricis cum Astaphio ancilla: 12. Hic habitat mulier, nomen quoist Phronesium; cf. 79. — II. Strabacis adulescentis cum Stratyllacte servo; 253: Stratyll. Quis illic est, qui tam proterve nostras aedes arietat? — Calliclem senem procul in urbe habitare oportet; nam proximi vicini nepotem surreptum sibi pro filio supponere (790 sqq.) haud scio an non auderet Phronesium; cf. 761 (cum sene veniunt ancillae duae 765). Stratophanes quoque parodo advenit; cf. 473 sqq., ubi meretrix, ut ab ingrediente illo conspiciatur, propalam in platea ad aram cubat, se peperisse simulans; 476: Nunc ecastor huc veniat miles velim. — Dubitari potest de Diniarcho adulescente Cyamoque eius servo. Ille enim v. 125 „peregre“ aduenisse dicitur; v. 548 Cyamus dona Phronesio afferens dicit: „Satin si quis amat nequit quin nihili sit atque improbis se

artibus expoliat? Nam hoc qui sciam, ne quis id quaerat ex me Domist qui facit tam improbe facta amator Qui bona sua pro stercore foras iubet ecferri! (cf. 581); at servum hoc loco cum opsonium apportet (cf. 556 sqq.) forensi parodo egredi decet; atque si ex scaenae quaquam prodiret ianua, poeta id aliis verbis significasset atque v. 544: Quis is homo est, qui ducit tantam pompam? — Accedit quod Diniarchus a servo — v. 621 de scaena digresso — dona benigne accepta esse doctus, cum „laetitia differatur" (691), tamen v. 691 demum prodit; quod temporis spatium (intercedunt duodeseptuaginta versus) si in scaena ille habitaret, nimium esset, ut amore motus properat. Iam neque adulescens neque servus ullo loco e scaena progredi vel illuc redire dicuntur nisi e meretricis domo; cf. 444; 544; 621, 689, 874. Quare eius domum in scaena sitam esse nobis non probatur.

Invenimus igitur scaenae genera haec:

I. Singulae domus: Amphitruo, Captivi.

II. binae domus:
- a) domus privatae: Asinaria, Casina, Mostellaria, Menaechmi, Miles, Persa, Mercator, Poenulus, Truculentus (?); — Andria, Adelphi.
- b) domus privata et fanum: Rudens.

III. Ternae domus:
- a) domus privatae: Bacchides, Pseudulus, Stichus; Epidicus (?), Trinummus (?); — Hecyra, Heautontimorumenos; Eunuchus, Phormio; —
- b) domus privatae et fanum: Aulalaria, Curculio.

Cum Aristophanis comoediis si haec conferimus, nihil sentimus esse discriminis; illis enim quoque singulae, binae, ternae — non plus — usurpantur aedes. Epidaurii autem theatri illum parietem una porta ornatum proscaenii vice fungi non potuisse domorum illa et numeri et generis varietate intelligitur. Itaque complura aulaea picta (*παραπετάσματα*) opus erant, quae ante parietem inter parascaenia collocarentur. Nam si quis ex versibus huius modi (Men. 72): „Haec urps Epidamnus est, dum haec agitur fabula; Quando alia agetur, aliud fiet oppidum" efficiat scaenam semper eandem fuisse, ut alia omittamus, Rudente is refellitur. Immo inter agendas fabulas ornationis speciem mutari potuisse contendimus. Hoc Reischius quidem negat (l. a. p. 213): „Es ist gewiss kein Zufall, dass wir nur in 2 Dramen der älteren Periode, aber in keinem Stücke späterer Zeit einen Wechsel des

Hintergrundes nachweisen können. Denn dass für die Komödien selbst dort, wo ein Ortswechsel in der Dichtung vorausgesetzt ist, doch das Proskenion unverändert bleibt, wird mit Recht gegenwärtig fast allgemein angenommen; vgl. Bodensteiner, S. 655 f." (ibid. p. 270): „Ein Wechsel des Spielhintergrundes während des Spieles ist in der jüngeren Zeit so wenig nachweisbar, wie im letzten Drittel des V. Jahrhunderts." Attamen scaena quin mutetur, fieri non posse nobis quidem videtur Amphitruonis v. v. 547 sqq. Cum enim Mercurius et Juppiter ab Amphitruonis aedibus parodo discesserint, Sosia, qui v. 462 indidem abiit, cum hero ad portum conspicitur v. 562: Amph. „Audes mihi praedicare id domi te esse nunc, qui hic ades"; cf. Ussing. I. p. 286: „Nova scaena non ante aedes Alcumenae agitur, sed prope naves." Iam eadem domo picta complures deinceps domos varias significari facile concedimus, velut in Aristophanis ranis eaedem aedes et Herculis et Plutonis sunt; regia autem domo portum vel loca ei vicina exprimi posse credimus eo minus quod ipse poeta duo illa loca definite distinxit v. v. 577, (584), 592, (606, 613).

In Epidaurio igitur theatro quomodo huiusmodi ornationis fit mutatio? Fieri enim non potest nisi aulaeo aut utroque diducendo aut sursum tollendo. Est autem ibi neque quo diducatur; nam ad recipiendum linteum pedes plus sexaginta longum ab utraque scaenae parte aedificia opus essent longitudine pedum circiter triginta; neque quo tollatur; nam ex parascaeniis sublatum cum a scaena absit pedes circiter decem, quanam re sustineatur aut quomodo e spectantium oculis auferatur, minime liquet.

Contra si in pulpito fabulas agi conceditur, cum valde augeantur parascaenia facile super haec in summa scaena tectum quoddam potest effici, quo aulaea sublata abscondantur. Doerpfeldi autem illo proscaenio huius generis fabulae agi non possunt.

Altera iam cooritur difficultus eis comoediis, quibus complures postulantur domus. Non in omnibus enim his aedificia inter se contingunt, velut in Milite glorioso, sed saepius vel angiportis vel hortis disiunguntur*); cf. Asin. v. 740: Arg.: „ . . . patrem huc orato ut veniat." Le.: „Iam dudumst intus." Arg.:

---

*) cf. Dpf. — R. l. l. p. 207: „Diese Häuser (bei Aristophanes) konnten entweder durch Zwischenwege (δίοδος Eccl. 693) getrennt sein, die sich an der Skenenwand totliefen oder aber — und das war wohl die Regel — sie grenzten dicht aneinander.

„Hac quidem non venit.“ Le.: „Angiporto illac per hortum transiit clam.“ a. m.; ut in Heautontimorumeno villae fundis, in Rudente villa et fanum virgultis, compluribus denique fabulis fana lucis ab reliquis aedificiis secluduntur; (cf. Aul., v. v. 578, 600, 609, ubi Euclio senex thesaurum in fano defodit.). — Hoc quoque fabularum genus a Doerpfeldi sententia abhorret. Ille enim paries cum solide exstructus esset, in partes, quibus domorum frontes significarentur, dirimi non poterat; nam etiamsi tabulae (*πίνακες*) ex columnis demptae erant, restabat tamen tectum eiusque ornamenta. Ante illud autem proscaenium, quod quidem ipsum a scaena decem pedes distabat, alia insuper aedificia in orchestra facta esse haud scio an nemo serio contendat. In pulpito autem nullo negotio angiportus aliaque id genus exprimuntur domunculis ante singulas scaenae portas disponendis haud magni quidem spatii, quippe quibus nil efficiatur, nisi ut spectantes domorum formam speciemque cogitatione facilius sibi depingant.



De parascaeniis et pulpito.

Quinto a. Chr. n. saeculo in Graecorum theatro, cum chori partes cum fabularum argumentis coniunctae atque copulatae essent, actores in orchestram, choreutae in proscaenium commeabant (cf. Bodensteiner, scen. Fragen p. 681 sqq.); quare ad illa tempora Vitruvi praecepta pertinere non posse facile conceditur. Atqui iam tunc proscaenium ab orchestra suggesto quodam disiunctum fuisse ex ipsis illius aetatis fabulis luculenter effecit Christius (Jahrbb. 149/150 III, H. p. 160 sqq.; — Sitz.-Ber. 1894, I. H. p. 45 sqq.)

Quarto quoque saeculo illud inter chorum et actores intercessisse commercium demonstrare ex fragmentis Graecarum fabularum conatus est Capps (The chorus in the later Greek drama etc. Americ. Journal of Arch. X, 3. 1895). Ad hanc opinionem accuratius explorandam cum neque tempus nobis neque rerum notitia suppetat, in medio ea relicta iam perquiremus, quae de quarti saeculi proscaenio et Doerpfeldi opinione appareant ex Plauti et Terenti comoediis, quae quidem certiores testes videntur esse quam illa fragmenta. Qua in re quam scopuloso difficilique in loco versemur cum minime nos fugiat ea tantummodo afferemus, ex quibus certi aliquid censemus elucere.

Primum iam de pulpiti vel potius hyposcaenii altitudine nihil omnino statui potest. Christius quidem (Sitz.-Ber. 1894, I. p. 27 adn. 1) docet in Epidaurio theatro, cum quinti saeculi fabulae agebantur, eas personas, quibus ex inferiore parodo in orchestram progressis in λογεῖον ascendendum erat, scalis usas esse ex hyposcaenio aptis, rogatque: „Ob solche Stellen bei Stellen bei Plautus und Terenz vorkommen?“ Unum nos in viginti quinque comoediis invenimus locum, ubi poetam illius

generis aditum significasse suspiceris: Bacch. v. 111 Lydus paedagogus cum Pistoclero alumno, quem per urbem secutus est, in scaenam egressus alloquitur hunc his verbis: „. . . . Quo nunc capessis ted hinc advorsa via?" Advorsa legitur in B; Ussingius emendabat „alivorsa" atque adnotavit (II, p. 384): „advorsa via nihil est, nisi forte Bacchides in monte habitare censeas." Vides hunc illud „advorsa via" de edito aliquo loco intellexisse. Sed alia quoque explicandi patet ratio. Iam supra (p. 15) demonstravimus et ipse Ussingius statuit (II, p. 383), illa verba ante aedes Philoxeni, Pistocleri patris, pronuntiari. Ibi cum adulescentem consistere paedagogus velit, quod viam ultra vergentem „advorsam" appellat non mirum est; conducunt enim ad paternas aedes singula ex utraqua parodo itinera; iam si altera progressus adulescens domum praeterit, aduorsa ei est altera pars itineris. Scalis igitur non est opus. — Id quoque aliquis afferat, quod multis locis personae ab iis qui in scaena versantur, annuntiatae aliquot versibus post incipiunt loqui. At, nisi eximia scaenae latitudine id probari concesseris: personas illas eo ipso quo annuntiantur tempore in scaenam egredi perraro constat; immo saepenumero extra scaenam per plateam aduenientes se conspicere simulant actores (cf. Curc. 278; Video currentem ellum usque platea in ultima; Cas. 194 sqq.; et alia multa; v. append.); id quod simulare non possunt, nisi illi ex aliquo loco prodeunt, quo spectantibus non pateat prospectus, i. e. ex parascaeniis. Ii quoque in hoc numero sunt loci, ubi actores ne ab iis, quas advenientes significaverunt, personis conspiciantur, se occultant; neque enim sanam hoc habet rationem, nisi iam priusquam illi egrediantur, se abdiderint (cf. Epid. 105 sqq.; Men. 553 sqq. Pseud. 414). Cur vero alteri, atque ii certo quidem longe plurimi ex parascaeniis in pulpitum, alteri ex inferiore parodo in orchestram prodeant, in nova comoedia, quippe quae choro careat, nulla est causa.

Accedit — haud parvi momenti res — quod non plus duos a lateribus in proscaenium patere aditus nonnullis ex locis apparet; Mil. glor. 609: Sed speculabor, ne quis hinc a laeva aut a dextera Nostro consilio venator adsit; cf. Cas. 883 sqq., Heaut. 587.

Quae cum ita sint de podii altitudine nihil audemus statuere. Sed altera quoque Doerpfeldius suam opinionem defendit ratione, cum iudicat in Epidaurio theatro illud inter proescaenii finitionem et ipsam scaenam spatium, quod quin a Vitruvio logei nomine (V, 8)

significetur, dubium non est, minore esse latitudine, quam ut fabulae ibi peragantur. Atque in quinti quidem saeculi fabulas id plane cadere supra concessimus. Quaeritur autem, num in Plauti et Terenti quoque fabulis loci inveniantur, qui in illius generis logeo decem fere pedes lato agi non possint. Pertinent hanc ad rem ei inprimis loci, ubi maior personarum vis in proscaenio versatur. Haud raro enim fit, ut ei qui in forum „opsonatum“ discesserunt, illinc „pompam“ secum adducant, coquorum scilicet et fidicinum; veluti Bacch. 111: Quo nunc capessis ted hinc advorsa via Cum tanta pompa? Cf. Cas. 683; Truc. 544; Merc. 730. Huius modi pompa quot fere contineantur personae perspici potest ex Aul. 272; prodeunt enim: Strobilus servus, tibicinae duae, coci duo, quorum uterque complures administros secum ducit; atque Anthrax quidem v. 390 sqq. nominat tres: „Dromo, desquama piscis; Tu, Machaerio Congrum, muraenam exdorsa .... Tu (sine nomine) istum gallum, si sapis Glabriorem reddes ...“; quodsi alteri totidem adiudicandi (cf. 320, 396), post versum 272 in scaena versantur undecim personae; est autem certe hic numerus, quippe quo duabus et Euclionis et Megadori domibus prospiciatur, solito maior. Iam si addimus tres quattuorve actores — id quod usu venit in Truc. v. 544, ubi adsunt Stratophanes, Phronesium, Astaphium, parodo aduenit Cyamus cum servis dona afferentibus — quindecim summum personae simul in pulpito conspiciuntur; quae quidem in illo spatio sine dubio facile possunt versari. Neque enim neglegendum, quod et alii monuerunt et ab Opitzio (Schauspiel und Theaterwesen der Griechen und Römer; Leipz. 1889) prolatum refert Alb. Mueller (Philol. VI. suppl. p. 29): „Die grosse Länge der Bühne hätte bei der der griechischen Kunst eigenen Anordnung der Figuren auch das gelegentlich nötige Auftreten von mehr Personen ermöglicht. An einer wechselseitigen Beeinflussung der bildenden Kunst und der Bühnendarstellung könne nicht gezweifelt werden.“

Multo etiam facilius illa res probatur in eis locis, ubi personae in proscaenio epulantur*); in Persa enim accubant (757:

*) **Bethe quidem** (l. a. p. 311) dicit: „Aber Wochenbett, Toilette, Gelage der Herrschaften gehören in's Innere und sind auch von Plautus nicht auf die Strasse verlegt. Das beweist schlagend der Stichus. Die beiden Schwestern unterhalten sich sitzend (v. 7). Während dessen erscheint Antipho auf der Strasse, ohne sie zu bemerken oder von ihnen gesehen zu werden. Erst v. 87

Statuite hic lectulos; ponite hic, quae adsolent): Toxilus, Sagaristio, Lemniselena; accedunt Dordalus et Paegnium (776 sqq.); in Sticho (694 sqq.): Stichus, Sangarius, Stephanium; in Mostellaria: Philolaches et Philematium, Callidamates et Delphium (301 sqq.: Age adcumbe igitur . . . . Adpone hic mensulam; 318: Cave modo, ne prius in via adcumbas, quam ibi, ubi lectus est stratus quo imus). — Biclinium (cf. Bacch. 750) cum mensula omnibus his locis in pulpito ponitur; cui spatii satis superque est, praesertim cum ex lectulis constet.

Restat quarta comoedia, ubi convivium agitur: Asinaria v. 821 in biclinio (cf. 823, 825) accubant Argyrippus, Demaenetus, Philaenium. Est autem spectantibus animo fingendum non in proscaenio illos potare sed in aedibus. Nam cum meretrice propalam in platea in oculis ferme et conspectu uxoris se oblectare minime auderet senex Demaenetus. Tum post v. 841, cum discedere nullo verbo dicantur, non tamen possunt in scaena versari; v. 871 autem subito denuo conspiciuntur, etiamtum accubantes et potantes. Manifesto igitur apparet hanc scaenam sine eccyclemate quodam agi non posse. cf. Uss. I, p. 246: „Iam apertis aedibus, sive eccyclemate sive alia qua ratione hoc fit, convivium spectatur . . . .“ Ribbeck. Mus. Rhen. 37, 1882, p. 57: „Wir haben ein Ekkyklem, wie es auch im V. Akte anzunehmen ist.“ Sed biclinium cum mensa si eccyclemate evolvitur, non multo plus spatii occupat quam in ipso pulpito collocatum. — Quare cum quindecim summum personae simul in proscaenio versentur

---

sagt er: ibo intro — sed apertast foris. Da hören ihn die Töchter v. 88, begrüssen ihn und heissen ihn Platz nehmen (v. 92). Ebenso sicher wie hier die Frauen hinter der Thür, also nicht vor der Dekoration sitzen, hat auch die Szenenfolge der Mostellaria v. 157—407 im sichtbar gemachten Innern des Hauses gespielt. Denn während der Toilette und des Gelages wird die Strasse benutzt und auf die Nachricht von der Ankunft des Alten schliesst der schlaue Sklave die Hausthüre von aussen (v. 400, 404, 425).“ At — ut omittamus illum Stichi locum, ubi sorores ad aram ita videntur consedisse, ut a sene non conspiciantur — in Mostellaria si convivium in aedibus agatur, quomodo Philolaches Callidamatem cum Delphio (v. 303: sed estne hic meus sodalis, qui huc incedit cum amica sua?), postea Tranionem (v. 355: eccum Tranionem; a portu redit) per plateam advenientes potest conspicere? Si intus iam omnes sint, quid sibi volunt versus 377: Abripite hunc intro; 383: Vos modo hinc abite intro atque haec hinc propere amolimini; 385: abeamus hinc nos? . . . . Namque intus potate haud tantillo hac quidem causa minus. cf. 287, 389. Neque id neglegendum, quod maiori caveae parti in aedes quovis modo patefactas inspiciendi non est facultas.

neque maiore apparatu quam biclinio cum mensula usquam opus sit, nihil est, cur hae quarti saeculi comoediae in logeo decem pedes lato agi non possint.

Immo eodem illo eccyclemate traducimur ad tractanda ea, quae contra Doerpfeldium esse censemus. In Asinaria enim domuum duarum (cf. p. 5) ianuas aequalitatis causa consentaneum est eas esse, quas Pollux (IV, 126) „περὶ τὴν μέσην“ sitas dicit. Quae cum in Doerpfeldi „proscaenio“, cui una porta est media, nonnisi parapetasmate adumbrari possint, quomodo evolvitur eccyclema? Sed etiamsi meretricis aedium aditum medium velis esse, illa porta vix quattuor pedes lata eccyclema biclinium sustinens nullo modo potest evolvi; (cf. Christ., Sitz.-Ber. 1894, I. p. 21).

Ipsum autem parapetasma, quo, cum in fabulis, ut supra (p. 5 sqq.) vidimus longe plurimis binae aut ternae ianuae usurpentur, Doerpfeldio necessario utendum est, minime convenit in proscaenium columnis et signis ornatum (Christ. Sitz.-Ber. l. a. p. 20; p. 50 adn. 1).

Alia cooritur difficultas eo, quod saepenumero spectantibus eundem atque actoribus prospectum patere non licet. In Epidaurio enim theatro in parodos inferiores, quibus in orchestram histrionibus Doerpfeldi iudicio prodeundum est, prospicere potest caveae pars haud exigua, quantum quidem ex fundamentorum delineatione apparet. Pertinent autem huc ei inprimis loci apud Plautum permulti, quibus personae in scaena versantes simulant alias per plateam advenientes se conspicere, velut Curc. 278 (v. supra p. 24). Addimus illam „Rudentis“ scaenam v. 148 sqq.; Daemones naufragium quasi oculis prosequens describit atque id quidem ad dexteram partem conversus (cf. 155). Hoc autem spectatoribus, si ipsi eodem possent spectare, non probaretur. Saxa vero v. 204 memorata num putas in orchestra collocata esse ita, ut extremis caveae cuneis post illa prospectus sit? Immo universam hanc fabulam sine parascaeniis agi posse negamus.

Parascaeniis autem aliis quoque opus est locis, eis dico, quibus personae in proscaenio inter se non conspiciunt: qui quidem tam multi sunt, ut nulla fabula eis careat. Sed summa in hac re adhibenda est cautio rectissimeque iudicat Bodensteiner. (l. a. p. 107): „Wenn wir bedenken, wie vieles oft auf unserem Theater die Schauspieler nicht sehen, weil sie es zwar recht gut sehen könnten, aber nicht sehen dürfen, dann werden wir uns hüten, solche Fälle für allzu beweiskräftig zu halten. Richtig ist aber,

dass ein solcher Vorgang an Unwahrscheinlichkeit gewinnt oder verliert, je nach dem Weg, den der Auftretende nimmt.“ Quare paucos magno ex numero locos, quibus certi aliquid constare videatar, electos et in capita dispositos afferemus.

I. Personae non cernuntur ab aliis e scaena prodeuntibus.

Casina: Chalinus ne a Lysidamo et Olympione domo egredientibus conspiciatur, abdit se v. 413: „Attat, concedam huc; audio aperiri foris. Mihi benevolentes atque amici prodeunt. Hinc ex insidiis hisce ego insidias dabo.“ Deinde cum eorum colloquium summi ad suam rem momenti esse senserit: „Recessim dabo me ad parietem, imitabor nepam“. Hic paries neque parascaenium neque scaena potest intellegi, ubi ille non posset non statim cerni; restat parodos. Habet autem ille versus magnam similitudinem illius Aristoph. Eccl. 497: *ἀλλ' εἶα δεῦρ' ἐπὶ σκιᾶς ἐλθοῦσα πρὸς τὸ τειχίον παραβλέπουσα θἀτέρῳ πάλιν μετασκεύαζε σαυτήν*; dequo dicit Christius (Sitz.-Ber. 1894, I. p. 36): „. . . . indem der Chorführer die Frauen auffordert, sich hinter der vorderen Abschlussmauer der Paraskenia umzukleiden, damit sie nicht von einem auf der Bühne gesehen würden;“ ibid. p. 42: „Das *τειχίον* dient in den Ekklesiazusen dazu, um die hinter demselben stehenden Personen den Blicken der Leute auf der Bühne zu entziehen. Nun kommen aber noch einige andere Fälle vor, wo jemand von den Leuten auf der Bühne nicht gesehen wird, oder um sich den Blicken derselben zu entziehen, zur Seite tritt, so in Eur. Hec. 1054, 1109—1116; Herc. 1081—1109; Aesch. Choeph. 20, 872. Soph. Phil. 16 ff.; Ai. 1044.“ Hoc impugnat Capps (Prof. Christ on the greek stage: The classical review, March, 1895, Vol. IX, no. 2, p. 136): „Too much stress is laid (sc. by Christ) upon the existence of the parascenia for hiding scenes. It is noticeable that in all such scenes the person in hiding is able to see everything that goes on before the background (see esp. Ach. 239 ff. and Herc. 1081 ff.). Therefore the actors did not stand back between the parascenia.“ At ex ipsis duobus illis, quos Capps „especially“ animadverti vult, locis personas in latebris collocatas quidquid in proscaenio geratur, cernere minime efficitur, id quod vel mediocriter inspicienti apparebit. — Ergo Chalinum ante illud „*τειχίον*“ se abdere iudicamus; hoc autem sine parascaenio fieri non potest.

Mostellaria: 1045 sqq. Tran. „Erus meus hic quidem est; gustare ego eius sermonem volo." Tranio ex insidiis Theopropidis e scaena progressi sermonem aucupat; quae insidiae necessario collocandae sunt ante rusticae parodi parietem; nam servus ab ero interrogatus (1058): „Euge, Tranio. Quid agitur?" respondit „Veniunt rure rustici." Apte autem revera illa ingreditur parodo, quippe qui Philolachem eiusque amicos domo eduxerit eo, unde venientes rure advenire videantur; cf. 1031 sq. cum 1059.

Pseudulus. 964: „Ego hic in insidiis ero." Parat autem Pseudulus insidias Ballioni, qui ex aedibus suis ita prodit, ut caveae tergum vertat; cf. 959: Illuc sis, vide, Ut transuorsus, non prouorsus cedit, quasi cancer solet." Quare cum ante ipsam scaenam insidiae poni non possint, relinquitur ut ille in parodo lateat: quod quidem ipsi rei bene accomodatum est; ex parodo enim v. 965 prodit Simia, quocum superiore versu proximo collocutus est Pseudulus. Accedit quod hic in parodo stans facillime prohibere potest, ne Harpax immaturus sibi superveniat. — Atqui ne parodo quidem servus lenonem latere posset, si huic ex aedibus progresso statim prospectus in plateam pateret; ergo parascaeniis opus est.

Persa: v. 724 Toxilus Saturionem hortatur: „Age illuc abscede procul e conspectu. Tace; Ubi cum lenone me videbis colloquis Turbam facito." Cum autem Saturio v. 735 a latere se advenire simulet, „illuc" ad parodon alterutram referendum est. Verbo „videbis" minime postulatur, ut revera parasitus, quae in scaena agantur, „videat".

Eunuchus: 548 sqq. Antipho Chaereae e scaena prodeuntis aucupat verba: „Nisi, quidquid est, procul hinc lubet prius quid sit sciscitari." „Procul hinc" non nisi de parodo dictum intellegi potest; nam Chaerea cum dedita opera proscaenium circumspiciat, illum non conspicatur; cf. 549: „Numquis hic (sc. ante aedes) est? Nemost. Numquis hinc (sc. ex aedibus) me sequitur? Nemo homost." In parodon igitur ei ante ostium stanti prospectus non est.

II. Personae in proscaenio versantes non cernuntur ab aliis quae parodo adveniunt.

Curculio: 278 sqq. Palinurus et Phaedromus Curculionem, qui a portu advenit, ante scaenam stantes observant ab ipso adeo non conspecti, ut etiam interroget: „Ecquis est, qui mihi commonstret Phaedromum, genium meum?" cf. 303 sqq. Iam nisi

aditus a portu ferens aliquantum a scaena distaret, illos a parasito non confestim cerni veri simile non esset.

Epidicus: 105 sqq. Ep. Sed ego cesso ire obuiam adulescenti, ut, quid negoti sit, sciam." Haec locutus Epidicus ad portum discessurus illinc aduenientes conspicit Stratippoclem et Chaeribulum; qui priusquam in proscaenium egrediantur, abdit sese 108: huc concedam, orationem unde horum placide persequar." Non parodo autem, neque altera quidem, latet; ubi quin ab incedentibus statim conspiceretur, fieri non posset; immo ante ipsam scaenam, remotiore sane quam illi, loco adstet necesse est propter v. 128: Ep. „Aggrediar hominem. Advenientem peregre erum Stratippoclem Impertit salute seruos Epidicus." Strat. „Ubi is est?" Neque enim sanam haec interrogatio habet rationem nisi a Stratippocle ad Epidicum a tergo adeuntem se convertente prolata.

Ibid. v. 525 sqq. Philippa peregre adueniens Periphanem altera pulpiti parte adstantem (cf. 542 sqq.) non conspicit ante v. 536, cum eius domum quaerens a cavea ad scaenae frontem se converterit; cui rei id quoque documento est, quod illo demum versu senex eam se noscitare profitetur, tunc demum scilicet eius conspiciens vultum; cf. 535: „Phil. Pervelim mercedem dare, qui monstret eum mihi hominem, ut habitet. Per. Noscito ego hanc . . .;" quare senem inter parascaenia loco a parodon itinere remoto versari oportet.

Mostellaria: 340 sqq. Philolaches cum Philematio, Callidamates cum Delphio in biclinio accubantes a Tranione ex portu accurente non cernuntur. Iam si non inter parascaenia, sed in orchestra ante Doerpfeldi „proscaenium" accubarent, quomodo servus inferiore parodo prodiens tantum apparatum, tot personas non posset conspicari? (Neque illis quidem ex biclinio in parodon prospectus videtur esse, cum Tranio accurrens nullo verbo significetur.) Tunc vero demum eos cernit, cum iter continuans a cavea ad scaenam se converterit; cf. 354: Sed sumne ego infelix, qui non curro curriculo domum?

Menaechmi: 553 sqq. Peniculus et matrona a Menaechmo de foro adveniente ne conspiciantur ad scaenam recedunt; cf. 556: „Huc concedamus; ex insidiis aucupa." Illuc ei se vertenti obsistunt v. 590. ibid. 731 sqq.: Senex matronae pater urbana parodo ingressus filiam et Menaechmum II „ante aedes" adstantes non prius conspicit quam illuc iturus a cavea se averterit; cf. 761:

„Sed quidquid est, iam sciam. Atque eccam eampse Ante aedis et eius virum tristem video.“

Mercator: 730. Coquus cum servis a foro adveniens Lysimachum non cernit, antequam ad eius domum se converterit; cf. 736: „Ite hac. Sed eccum qui nos conduxit senex.“

Pseudulus: 414. „Nunc huc concedam, ut horum sermonem legam.“ Conspexit autem Pseudulus Simonem et Calliphonem advenientes iam v. 409: „Sed comprimenda est vox mihi atque oratio. Erum eccum video huc Simonem una simul Cum suo vicino Calliphone incedere.“ Quare senes parodo advenire consentaneum est. Ad parodon igitur illud „huc concedam“ referendum non est; accedit quod, si Pseudulus in parodo versaretur, totam, quae sequitur, scaenam ibi agi necesse esset; nam servus loco non discedit; cf. 456: „Statur hic ad hunc modum.“ Relinquitur, ut ante scaenam consistat loco a parodon itinere remoto; cf. 445.

Truculentus: 545 sqq. Cyamus cum servis dona afferentibus urbana parodo ingressus vigenti quinque versus pronuntiat, priusquam Phronesium ad aram cubantem (cf. 741 sq.) conspiciat. Quare cum ne ara quidem in parodon itinere collocata esse possit, quanto magis hoc de ipsa scaena valere censemus?

Andria: 338 sqq. Davus, qui parodo advenit, quaerit Pamphilum cum Charino in proscaenio versantem neque prius eum cernit quam paululum secum meditatus pergens ab ipso appelletur. 344: „Dave, ades, resiste.“ Da. „Quis homost, qui me . . .? O Pamphile.“ Atque intelligendum quidem: „qui me revocat“, ut in aliis huius generis locis; (cf. Cist. 537; Epid. 202; Merc. 466; Truc. 116). Perspicuum igitur est usque ad illud „qui me“ Davum Pamphilo tergum vertere, id quod fieri non potest, nisi a parodo procedens eum praeteriit. Praeteriens autem quomodo potest eum non cernere nisi inter parascaenia loco a parodo remoto collocatum?

III. E proscaenio in parodon prospectus alteri personae patet alteri non patet.

Cas.: 194 sqq. Cleo. „St! Tace!“ Myr. „Quid est?“ Cle. „Em!“ Myr. „Quis est quem vides?“ Cl. „Vir eccum it.“ Cleostrata maritum nondum in pulpitum egressum per plateam conspicit advenientem; Myrrhina autem ex eo loco, quo constitit, eum non cernit.

Andria: 732 sqq. Davus, nequis necopinanti sibi superveniat, vigilans dextera parodo advenientem Chremetem conspicatur; Mysis quae eodem tempore puerum ante scaenam ponit, illum cernere non potest; neque postea (v. 744) videt Davum in parodo stantem, unde ex urbe se venire simulans progreditur. Hos quoque duos locos ita iudicamus explicandos, ut ea persona, quae in parodon non prospicit, inter parascaenia loco aliquantulum remoto versetur.

Iam haec quidem hactenus. Omnibus his, quae adhuc exploravimus, demonstrari nobis videtur Plauti et Terenti fabulas in Vitruvi pulpitum plane convenire, ante Doerpfeldi proscaenium agi non posse. Atque comparando haec cum eis, quae contra illum attulit Christius (Sitz.-Ber. l. a.) adducimur, ut ipsis comoediis et antiquorum scriptorum suffragiis maiorem quam recenti illi opinioni fidem habentes illud in Epidaurio theatro inter proscaenium et scaenam spatium idem esse censeamus atque Vitruvi logeon.



De parodon significatione

quae Vitruvius et Pollux praecipiunt, quo facilius a legentibus inspiciantur exscripsi tota:

Vitr. V, 6, 8: ... versurae sunt procurrentes, quae efficiunt una a foro, altera a peregre aditus in scaenam. — Poll. IV, 126: *παρ' ἑκάτερα δὲ τῶν δύο θυρῶν τῶν περὶ τὴν μέσην ἄλλαι δύο εἶεν ἄν, μία ἑκατέρωθεν, πρὸς ἃς αἱ περίακτοι συμπεπήγασιν, ἡ μὲν δεξιὰ τὰ ἔξω πόλεως δηλοῦσα, ἡ δὲ ἀριστερὰ τὰ ἐκ πόλεως, μάλιστα τά ἐκ λιμένος... τῶν μέντοι παρόδων ἡ μὲν δεξιὰ ἀγρόθεν ἢ ἐκλιμένος ἢ ἐκ πόλεως ἄγει; οἱ δὲ ἀλλαχόθεν πεζοὶ ἀφικνούμενοι κατὰ τὴν ἑτέραν εἰσιάσιν· εἰσελθόντες δὲ κατὰ τὴν ὀρχήστραν ἐπὶ σκηνὴν διὰ κλιμάκων ἀναβαίνουσιν.*

Atque Pollucis quidem verba manufesto inter se pugnantia A. Müller, (Griech. Bühne. Altertt. § 13, p. 157 sqq.) ita concinnare conatus est, ut priorem partem de parascaeniis, alteram de parodis in orchestram conducentibus dici velit. Magis iam placet Niejahri in commentatione scaenica (Halle 1888, p. 4) explicatio: „Verba enim *τῶν μέντοι παρόδων ἡ μὲν δεξιὰ κ. τ. λ.* quin ad scaenae, non ad orchestrae parodos referenda sint, quidquid contra dicunt viri docti (cf. A. Müll. l. a. p. 59, adn. 1; p. 59), dubium esse non potest. Nam eis quae insequuntur verbis *εἰσελθόντες δὲ εἰς τὴν ὀρχήστραν κτλ.* aperte ei qui orchestrae introitus prodeunt, distinguuntur ab eis, qui parodorum modo commemoratarum aditu utuntur, ergo hae in scaena fuerint.“ Idem praecepta illa ad Graecorum tragoediam antiquamque quae dicitur comoediam minime pertinere singulas fabulas perquirendo demonstrat; in novam autem, qualem quidem ex Plauto et Terentio novimus, comoediam adeo cadere censet, ut dissertationis suae conclusionem faciat hanc (p. 15). „Manet igitur quod supra proposui, omnes qui ex urbe vel a portu sive cives sive peregre navibus adpulsi venerint, altera prodisse parodo, altera eos, qui aut rure aut peregre pedibus advenerint.“

Hoc num ad rerum veritatem iudicaverit, explorare conabimur, Hahni quoque ad hanc rem adnotationes (l. l.) respicientes.

Amphitruo: v. 148 Sosia a portu advenit, cuius vocem a dextera aurem sibi verberasse dicit Mercurius v. 333; quare illum in ea scaenae parte, quae spectantibus sinistra est, versari oportet; ab eadem autem parte ingressus est necdum Mercurium praeteriit, id quod apparet ex v. 263 sq. Attat illic huc iturust; ibo ego illic obviam. Neque ego hunc hominem hasce hodie ad aedes sinam unquam accedere." Sinistra igitur spectantibus parodos a portu fert. (cf. Hahn. p. 24). De altera parodo nihil constat.

Asinaria: v. 376 Mercator a balineis aduenieus ne Leonidae in forum discedenti obviam fiat, altera parodo progrediatur necesse est; balineae autem illae portui vicinae sunt cogitandae (Hahn. p. 26); alter igitur aditus a foro, alter a portu fert.

Aulularia: Hahn. p. 29: „In incerto relictum est, unde veniant aut quo abeant Eucl. 668, 705, Strob. 579, 673, 693, 704, 801, quoniam nescimus ubi lucus Silvani Lyconidisque aedes sitae sint." Lyconidis quidem aedes non in scaena, sed in urbe sitas iam supra (p. 13) videmur demonstrasse; Silvani lucum „extra murum" situm esse ipse poeta dicit v. 666. Non eandem autem parodon „extra murum" atque ad Lyconidis aedes ferre cum per se consentaneum est tum eo quoque intelligitur, quod v. 704 Strobilus aurum seni surreptum domum ablaturus non ea parodo uti potest, qua proximo qui sequitur versu Euclio a luco advenit. Quare hac in fabula alter aditus ex urbe, alter rure venientium est.

Captivi: Hahnius (p. 19) quidem de hac re certo decerni posse negat. Atqui id pro certo constat urbanam parodon ei oppositam esse, qua a portu venientes utuntur. Primum enim v. 763 Ergasilus parasitus a portu (cf. 867) accurrens ne Hegioni in urbem abeunti obviam fiat, altera parodo prodire debet; tum v. 782 Hegio ex urbe rediens illum „protinus currentem conspicit, id quod intellegi non potest nisi de altera scaenae parte. Utra autem parodos dextra, utra sinistra sit, non magis apparet, quam unde v. 992 Tyndarus ex lapicidinis „extra portam" sitis (729) adductus prodeat.

Curculio: Hahn. p. 32: „Sinister aditus a foro, dexter peregre venientium est." Quod num rectum sit, valde dubito. Nam quod H. ad v. 0 dicit: „ara Phaedromi ad dexteram posita non potest alio loco conspici atque ante lenonis aedes" aram

illam de suo addit a poeta nullo verbo memoratam; erat autem mos Romanorum, ut dextroversum spectantes deos adorarent; cf. Plin. N. H. XXXVIII, 2, 5, 25; de v. 71 vero iudicat recte Ussing. (II, p. 534): „Nec veram aram significat, sed amicae habitationem . . . . Ante horunc (i. e. Lenonis familiae) foris vovi, inquit, me inferre . . . . ientaculum, i. e. cibum matutinum; vinum autem significat, quo ianitricem elicere et placare studet“ Opposita igitur sunt Phaedromi verba illi Palinuri ioco atque ita intelligenda: „Minime mihi ad dexteram me convertere placet; immo huc (i, e. in contrariam partem, ad sinistram) me convertam, ubi nunc ara Veneris est.“ Quo fit, ut spectantibus dextrae sint aedes lenonis, sinistrae Phaedromi, medium Asclepii fanum. Quod si contuleris cum v. 389 sq., iam apparebit Lyconem, cum fanum praeteriens obviam fiat Curculioni Phaedromi ex aedibus egredienti, dextera prodisse parodo; ergo haec est urbana. Curculio v. 278 a portu veniens utro aditu utatur decerni non potest.

Casina: Cum alter tantum exitus, qui in urbem fert, usurpetur, parodon significatio non liquet.

Epidicus: Utra parodo Stratippocles et Chaeribulus (109), Miles cum puero (430), quos quidem a portu venire censemus propter v. 15, ingrediantur, parum constat, nisi militem parodo ubanae opposita prodire velis idcirco, quod in urbem versibus non plus sex ante abiit Apoecides. Et ipsam Philippam anum v. 525 peregre (cf. 532) advenientem, ne fidicinae octo versibus ante in urbem digressae obviam fiat, altera uti parodo verisimile est, pro certo non constat.

Bacchides: Eum qui a portu fert aditum urbanae parodo oppositum esse haud scio an probetur hac ratione: Roganti Nicobulo (343), ubi sit Mnesilochus filius, respondit Chrusalus (344): „Deos atque amicos iit salutatum ad forum. Inde senex in forum abit versu proximo. Mentitus autem est ille; ipse enim v. 363 discedit adulescenti ero de opibus comparatis nuntium allaturus, non in forum scilicet, ubi cum sene non posset non concurrere, sed altera parodo ad portum, unde Mnesilochus revera nondum in urbem venit.

Mostellaria: alteram parodon ad portum, alteram rus ferre constat; nam Tranio et Grumio servi, ille in Piraeum (cf. 63), hic rus (cf. 73) discedens, diversi digrediantur necesse est propter v. 71 sq. Tran. „Molestus ne sis; nunc iam i rus; te amove.“ Forensis autem aditus utri parodo adiungendus sit, nullo loco

apparet (cf. 306, 521, 837, 842, 975, 981, 1026, 1103). Hahn. quidem (p. 36) rure et a foro venientes eadem uti censet parodo, cum dicat: „Ad angiportum (cf. 1029) pervenit Tranio per forensem exitum, cum a domino rus ire iussus sit.“ Quod unde concluserit neque ab ipso neque fabulae ullo loco docemur; immo Tranio utra parodo illis versibus utatur non magis liquet quam quo „congerrones“ per posticum domo abducat.

Menaechmi: Parodon significatio plane liquet ex v. 541 sqq.: Men. II. Demam hanc coronam atque abiciam ad laevam manum Ut si sequentur me, hac abisse censeant. Ibo et conveniam servum si potero meum. — Particula enim „hac“ urbanam significari parodon videmus v. 551 sqq.: Pen. Sed eccam coronam quam habuit. Num mentior? Em, hac abiit, si vis persequi vestigiis.. Atque edepol optume eccum revertitur.“ Revertitur autem non Menaechmus II, sed Menaechmus I, qui de foro venit; cf. 586: Amica exspectat me scio. Ubi primum est licitum, ilico Properavi abire de foro; cf. 211. Ergo spectantibus dextra est urbana parodos. Alteram autem in portum ferre eo probatur, quod Messenio servus, quem conventurus discessit Menaechmus I v. 544, in „tabernam divorsoriam“ abierat v. 434 (cf. 425: Men. Abduc istos in tabernam actutum divorsoriam); quas quidem tabernas extra muros inter urbem et portum cogitandas esse docemur e. g. Pseud. v. 665 sqq.

Miles gloriosus: De parodis in dubio est res; Hahnius quidem dexteram a foro, sinisteram ex portu venientium esse statuit, incerta, nisi falsa, usus ratione. Censet enim Pleusiclem v. 1276 ex Periplecomeni aedibus prodire; quae cum in sinistra scaenae parte sitae sint, — id quod recte effecit ex 363 et 1209 — eadem parte necessario aditum a portu patere, unde se advenire Pleusicles nauclerico ornatu indutus simulet. At revera ille ex Periplecomeni aedibus prodit? Minime; nam eodem versu, quo ipse incedens a milite conspicitur, in domum illam Acroteleutium et Milphidippa abeunt; accedit quod miles eum per plateam advenientem, nondum in scaenam egressum cernere videtur (cf. 1273 sqq.); Brix. (p. 127): „Pleusicles tritt in dem 1177 beschriebenen Kostüm von der Hafenseite auf.“ cf. F. Schmidt, Jbb. IX. Suppl. 1877/78, p. 363 sqq. Ex aedibus autem, quo se receperat (1187) „ad sumendum ornatum nauclericum“, in illam plateam facillime potest pervenisse postico haud raro a comicis poetis usurpato. Quare illam quaestionem, utra dextra, utra

sinistra sit parodos in medio relinquo; oppositam autem forensem ei esse, quae a portu fert, haud scio an colligere liceat ex v. 1424, ubi servus narrat Pleusiclem et Philocomasium, qui v. 1345 ad navem discesserunt, postquam porta exierint, nihil cessasse „ilico osculari atque amplexari inter se.“ Est enim scaena omnium fere harum fabularum in platea prope portam; cf. Pseud. 601; Niejahr. l. a.

Mercator: „in forum viam ad dextram, viam in portum ad sinistram sitam esse“ Hahn. effici vult v. 866 sqq.: Eut.: „Recipe te ad terram (Uss. respice ad dextram,) Charine, huc; nonne ex aduorso uides Nubes? Ater imber instat. Adspice nunc, sinistera Caelum ut est splendore plenum.“ Quibus quidem versibus intelligitur Charinum parodo actoribus dextra, sinistra spectantibus abiturum; at non „in portum“ discedit, sed peregre; nam viales vocat lares (852 sq.), pedibus vel curru scilicet iter ingressurus (cf. 917, 919). In portum autem idem atque in urbem exitus videtur esse; nam Charinus Acanthionem, quem v. 108 a portu currentem conspexit, interrogat v. 173 sqq.: „Quin tu expedis Quid siet, quod me per urbem currens quaerebas modo?“ Illa autem, quae peregre fert, parodo rure quoque aduenientes prodire censeo ex v. 659, ubi Dorippa rure rediens non forensi uti potest parodo, qua versu, qui antecedit, proximo abiit Eutychus. Quod enim editores hoc loco novum actum incipere volunt, id ut non ita magni faciamus adducimur et Donati (Arg. Eun. ed Klotz) et Euanthi (de com. Klotz, ed. Ter. p. XIV) iudicio. cf. Uss. ed. vol. I, p. 164 sqq. — Dextera igitur parodos in urbem et ad portum fert, sinistra rus et peregre.

Pseudulus: Harpacem (598) a portu advenientem ea prodire parodo, quae urbanae opposita est, efficitur v. 601: Septumas esse aedes a porta, ubi illa habitet leno; cf. 661.

Poenulus: Prodire „a foro per sinistrum, per dextrum aditum ex portu venientes“ Hahn. (p. 34) probare conatur ita: „. . . cum advocati simulent se portum modo reliquisse (641, Uss. 658) necessario eos ab ea proscaeni parte ad Lyci aedes procedere necesse est, in qua peregrinorum aditus situs. Adstant autem, priusquam ad Lycum se conferant, ante Agorastoclis aedes“ (quas quidem dextras spectantibus esse intellegitur v. 703, Uss. 710). At etsi advocati „modo se portum reliquisse“ simulare concesseris — quod quidem ex illo versu colligere non cogimur — nulla affertur causa, cur a portu venientes non per

urbem forensi prodierint aditu. Immo sinistram a portu ferre parodon placet propterea, quod Hanno, qui v. 949 ex portu venit, ab Agorastocle et Milphione dexteris ex aedibus egressis per quattuordecim versus non conspicitur. Quare dexter aditus a foro, sinister ex portu venientium nobis videtur esse.

Persa: Alterum in forum, alterum in portum ferre exitum Hahn. quomodo invenerit, non intelligimus, cum a portu nulla persona prodeat. Nam Sagaristionem cum virgine v. 540 per urbem advenire docemur v. 546 sq. Ceteris vero locis omnibus aut a foro aut ex aedibus procedunt. Qua de causa in suspenso relinquitur de parodis quaestio.

Rudens: Huius fabulae scaena, qua non plateae pars, sed regio orae maritimae vicina adumbratur, cum ad Pollucis illa praecepta non pertineat, de parodis non disputamus; (dexteram quidem Cyrenas, sinistram ad litus et portum ferre Hahn. recte statuit ex v. v. 155, 175, 255 sq.).

Stichus: hac de re nil constat; nam eae personae, quae a portu adveniunt (270, 403, 507, 649) utra prodeant parodo parum liquet, nisi urbana eas uti velis propterea, quod et Epignomus priusquam in scaenam egrediatur convenit Antiphonem (409) in urbem digressum v. 149 (cf. 146) et Pamphilippus cum eodem advenit v. 507.

Trinummus: Charmides v. 821 a portu, Sycophanta v. 841 ex urbe (cf. 853) non eadem incedunt parodo; nam in ea quae sequitur scaena (843 sqq.) in diversis proscaenii partibus eos versari necesse est, neque sycaphanta senem praeteriisse potest propter v. 865 sqq. Alter igitur aditus a foro, alter a portu fert; quarum uter sinister sit uter dexter, ne ea quidem, quam Hahn. (p. 40) ex v. 1124 attulit, ratione discerni posse iudico.

Truculentus: Hahn. p. 49: „Alter aditus peregre et ex portu, alter a foro et rure venientium est.“ At neque peregre neque ex portu tota quisquam venit fabula; uno autem loco eo, ubi Strabax rure advenit (635; cf. 684) forensi aditu eum uti minime placet, quippe quo superiore versu proximo Stratophanes digressus sit; quare rusticam parodon urbanae oppositam esse censemus.

Andria: v. 732 sqq. Davus Chremetem a foro conspicit advenientem parodo dextera; 734: Ego quoque hinc ab dextera Venire me adsimulabo; cf. 744: Di nostram fidem Quid turbaest apud forum? — Quaeritur utrum dextra sit spectantibus an ac-

toribus; alloquitur autem Davus illis versibus (732 sqq.) Mysim ancillam puerum ante Simonis aedes, i. e. ante ipsam scaenam ponentem (cf. 724 sqq.); quare cum illuc se eum convertere necesse sit, eadem iam ei atque caveae dextra est parodos, atque ea quidem forensis. A portu unus venit Crito (796); qui utra prodeat parodo non liquet. Reliquae personae omnes aut forensi aditu aut scaenae ianuis utuntur.

Hecyra: Quicunque a latere incedunt, aut a foro aut a portu adveniunt; atque duabus parodis diversis eos uti docemur v. 194 sqq., ubi Parmeno ad portum (cf. 77) discedens valere iubet Philotium eodem tempore parodo abeuntem; non enim haec in aedes, unde exiit (cf. 97), reverti potest, cum dicat v. 195: Et ego quidem, sc. pergam quo coepi hoc iter.

Heautontimorumenos: Fabula cum non in urbe, sed ruri ante Chremetis et Menedemi villas agatur, ad Pollucis verba non pertinet. Neque quidquam de parodis constat, nisi duas esse colligas ex v. 587: Abi sane istac, istorsum, quovis. — Quarum altera ex urbe fert, altera haud scio an utatur Chremes vicinos conventurus v. 500 sqq.

Eunuchus: Dexter aditus ex urbe venientium est; nam v. 833 sqq. Pythias Chaeream, qui cum Antiphone in urbem abiit v. 614, illinc redeuntem cernit „ad sinisteram", nempe ad dexteram spectantibus; idem aditus a portu quoque videtur ferre, quod Chaerea a Piraeo per urbem advenit v. 289; cf. 323 sq. Rus autem sinistra parodo discedere Phaedriam v. 224 (cf. 216) eo haud scio an liceat efficere, quod dextera non plus tribus versibus post incedit Gnatho parasitus cum virgine.

Phormio: Duabus opus est parodis v. 216, ubi Antipho, ne patria portu ingredienti obviam fiat, non potest non in diversam partem discedere (aedes eum non intrare apparet ex v. 308: Dem. Antipho ubi nunc est? Ge. Foris.); eandem rationem praebent v. v. 462 sqq. Demiphone in portum digresso altera parodo redit Antipho. Quae quidem est urbana; nam v. 566 Geta et Phaedria Phormionem ex urbe arcessituri non ea possunt discedere parodo, qua versu insequente a portu adveniunt Demipho et Chremes; de actuum autem intervallo conferantur, quae ad „Mercatorem" attulimus; quae si respueris, per se tamen consentaneum est, quoniam duae usurpantur parodoi, alteram ex urbe, alteram a portu ferre, praesertim cum aliunde, vel rure vel peregre, nulla veniat persona.

Adelphi: Omnes aut a foro aut rure a Demeae villa pro-

deunt; diversis autem eos uti parodis, cum per se verisimile sit, nullo tamen ipsius fabulae loco satis constat; nam quod v. 361 Syrus a foro ingreditur sex versibus postquam Demea rure advenerit (355), metuo ne infirmior sit ratio.

Iam ut summatim rerum capita decurramus, singulis fabulis parodon significationes invenimus has:

I. Altera: forum — altera: portus: (Asinaria, Captivi, Curculio (?), Bacchides, Menacchmi, Miles, Pseudulus, Poenulus?, Trinummus, Andria (?) Hecyra, Phormio.)

II. Altera: forum — altera: rus (Aulularia, Truculentus, Adelphi);

III. Altera: forum — altera: peregre (vel porta V. 15) (Epidicus).

IV. Altera: rus (et forum?) — altera: portus (Mostellaria).

V. Altera: forum et portus — altera: rus et peregre (?). Mercator, Eunuchus).

IV et V, cum de Mostellaria in dubio sit res, haud scio an sint coniugenda.

Ubicunque latera ab ipso poeta accuratius significantur, forensis aditus est dexter spectantibus.

Apparet igitur Pollucis praecepta a Niejahro probata, ad eas tantum pertinere comoedias, quibus undique, a foro et portu, rure et peregre personae adveniunt, ceteris autem omnibus forensi parodo oppositam esse eam, quae ex portu vel rure vel peregre fert.



Index locorum.

Amphitruo.

v.	p.
97	10
148, 263 sq., 333	34
546—627	10
547, 577, 584, 592, 606, 613	21
1013 (1001)	10
1143	9

Asinaria.

v.	p.
52, 327	11
376	34
378, 739	11
740 sqq.	21
820	11
821, 823, 825, 841, 871	26

Aulularia.

v.	p.
3, 31, 40	13
144 sqq., 160 sq.	14
165	13
272	14, 25
320, 390 sqq., 396	25
574	13
579	34
609	13
666	34
668	34
672	14
673	34
686 sqq.	14
693	34
704	14, 34
705	34
720	14
801	14, 34
804 sqq.	14

Captivi.

v.	p.
4, 489, 497	10

v.	p.
729	34
763	34
782	34
789	10
867	34
869 917	10
992	34

Curculio.

v.	p.
13 15 44	14
70 sq.	34
76 251 276	14
278	24, 27, 29, 35
303	29
389 sq.	35

Casina.

v.	p.
35 145 147 161 168	11
194 sqq.	24, 31
413	28
683	25
883 sqq.	24

Epidicus.

v.	p.
1 sqq.	17
15	35
71	17
105 sqq.	24, 30

v.	p.
108	30
109	35
128	30
159 188 197	17
202	17, 31
304 320	17
421	18
430	35
525	30, 35
532	35
535 sq.	30
536 542 sqq.	30
567	17

Bacchides.

v.	p.
107	15
108	14
111	15, 24, 25
231	15
343 344 363	35
365	14
381	15
448	17
750	25
973	17

Mostellaria.

v.	p.
1 3 6	11
63 71 sq. 73	35

v.	p.
157 sqq.	26
287	26 Anm.
301 sqq.	26
303	26 Anm.
306	11, 36
318	26
340 sqq. 354	30
355 377 383 385 389 400 404 425	26 Anm.
521	36
567 sqq. 570	11
650 673	11
753	17
837 842 975 981 1026	36
1029	36
1031 sq. 1045 sqq. 1058 1059	29
1103	36

Menaechmi.

v.	p.
108	11
180	12
211	36
224 393	12
425 434	36
541 sqq.	36
544	36
551 sqq.	36
553 sqq.	24, 30
556	30
586	36
590	30
731	12
731 sqq. 761	30
876 sqq.	12

Miles glor.

v.	p.
134 154 272	12
363	36
609	24
782 818 868 sqq.	12
1177 1187	36
1209	36
1273 sqq.	36
1276	36
1345	37
1390	12
1424	37

Mercator.

v.	p.
108	37
129	12
173 sqq.	37

v.	p.
268, 322	12
466	31
467, 491	12
659	37
689	12
730	12, 25, 31
736	31
852 sq.	37
866 sqq.	37
917, 919	37

Pseudulus.

v.	p.
130, 152 sqq., 226 sqq., 250	15
409	31
410	15
410 sq.	17
414	24, 31
445, 456	31
516 sq., 573	15
598	37
601	37
661	15, 37
665 sqq.	36
734 sq., 794, 915	15
959, 964, 965	29

Poenulus.

v.	p.
78, 95, 203 sqq., 362 sqq., 447 sqq., 470	12
503	13
575	12
583 sq.	13
658, 710	37
826 sqq., 900	12
929	13
949	13, 38
1138 sqq.	13

Persa.

v.	p.
132, 255	12
299 sq.	12
322	12
444	12
540, 546	38
724, 735	29
757	25
776 sqq.	26

Rudens.

v.	p.
33, 94	13
148 sqq.	33
155	27, 38
175	38
204	27

v.	p.
255 sq.	38
733	13

Stichus.

v.	p.
7	25, Anm.
68	15
87	25, Anm.
92	26, Anm.
146, 149	38
150	15
153	15
270	38
274 sqq., 372, 394	15
403, 409	38
432	15
507	38
538, 614	15
625	14, 15
664, 673	15
694 sqq.	26

Trinummus.

v.	p.
3	18
12	19
125	18
193	19
278	19
391 sqq.	18
391, 401	19
403	18, 19
423, 434, 450, 852 sqq.	18
583, 592	18
624, 627, 628	18
816	18
821	18, 38
841	18, 38
843	18
843 sqq.	38
853	18, 38
865 sqq.	38
866, 995	18
1078, 1085	19
1111	19
1124	38
1125, 1176	19

Truculentus.

v.	p.
12, 79	19
116	31
125	19
253	19
444	20
473 sqq., 476	19
544	20, 25
545 sqq.	31
548 sqq.	19
556 sqq.	20
581	20

v.	p.
621	20
635, 684	38
689	20
691	20
741 sq.	31
761, 765, 790 sqq.	19
874	20

Andria.

v.	p.
28 sqq., 69, 174, 226, 319, 337	13
338 sqq., 344	31
361 sqq.	13
724 sqq.	39
732 sqq.	32, 39
734	38
744	32, 38
796	13, 39
860	13

Hekyra.

v.	p.
59 sqq.	15
76 sqq.	16
77	39
97	15, 39
124	16
194 sqq.	39
314 sqq., 415	16

Heautontimorumenos.

v.	p.
54, 56	16
68	16
168 sq., 173, 178, 180 sqq.	16
191	16
235, 240	16
375	16
500 sqq.	39
587	24, 39
613 sqq., 616	16
731	16

Eunuchus.

v.	p.
79	16
216, 224	39
289	16, 39
323 sq.	39
461	16
494 sqq.	16
504 sq., 506 sq.	16
507 sqq.	16
537, 538 sq.	16
539 sqq.	16
548 sqq.	29
576	16
614	39
615 sqq., 668 sqq., 754 sqq.	16
777	16

v.	p.
809	16
833 sqq.	39
905	16

Phormio.

v.	p.
35, 39	17
51 sqq.	17
63 sq.	17
64	17
216, 308	39
312, 348, 440	17
462 sqq.	39
484 sq., 562	17
566	39
598, 728, 776, 784, 816, 900	17

Adelphoi.

v.	p.
44, 88 sqq.	13
167	13
209, 288, 320	13
355, 361	40
438, 486, 497	13
776 sqq.	13



Verzeichniss

derjenigen Stellen in den Komödien des Plautus und Terentius, welche für das Auf- und Abtreten der Schauspieler oder durch sonstige scenische Hinweise von Bedeutung sind.*)

Amphitruo:

v. 65 f. ut conquistores singula in supsellia Eant per totam caveam spectatoribus.

v. 91 f. Etiam histriones anno quom in proscaenio hic Iovem invocarunt, venit, auxilio is fuit.

v. 97: Haec urbs est Thebae: in illisce habitat aedibus Amphitruo.

v. 113: Et haec ob eam rem nox est facta longior; cf. 149, 154 ff., 163 (165), 272 ff., 288, 538, 544 ff.

v. 148: Set Amphitruonis ille servus Sosia. A portu illic nunc cum laterna advenit.

v. 259: Attat illic huc iturust. Ibo ego illic obviam.

v. 329: Hinc mihi a dextera vox auris, ut videtur, verberat.

v. 458: Sosia ab zum Hafen; cf. 456: Ibo ad portum.

v. 493 f.: Amphitruo subditivus eccum exit foras Cum Alcumena uxore usuraria: Juppiter mit Alcumena aus dem Haus des Amphitruo.

v. 540: Abi prae, Sosia; Iam ego sequar. Merkur geht ab nach dem Hafen, wohin ihm Juppiter 546 folgt: Ibo et Mercurium sequar.

Die folgende Scene spielt in der Nähe des Hafens:

---

*) Dieses Verzeichniss, welches hier des Raumes wegen nur für zwölf Stücke des Plautus gegeben werden konnte, soll gelegentlich vervollständigt und auch auf die das Kostümwesen u. dergl. betreffenden Stellen ausgedehnt werden.

v. 557: Scelestissume, audes mihi praedicare id Domi te esse nunc, qui hic ades? cf. 573, 586 ff., 601, 607.

v. 622: Sequere hac igitur me; nam mihi istuc primum exquisitost opus. Amphitruo mit Sosia nach seinem Haus in der Stadt.

v. 627: Alkumena aus dem Haus des Amphitruo.

v. 647: Amphitruo und Sosia vom Hafen, von links (?).

v. 847: ego huc ab navi mecum adducam Naucratem: Amphitruo ab nach dem Hafen.

v. 850. Sosia in das Haus des Amphitruo; cf. 846.

v. 853: Alkumena in das Haus des Amphitruo.

v. 854: Juppiter vom Hafen; cf. 902 mit 546.

v. 874: Alcumena aus dem Haus des Amphitruo; cf. 875.

v. 948: Atquae aperiuntur aedes, exit Sosia; aus dem Haus des Amphitruo.

v. 962: Sosia ab nach dem Hafen; cf. 960.

v. 966: Alcumena in das Haus des Amphitruo; cf. 963.

v. 976: Juppiter in das Haus des Amphitruo. cf. 965.

v. 977: Mercur vom Hafen.

v. 1002: Amphitruo aus der Stadt; cf. 1003.

v. 1014 ff. spricht Merkur vom Dache des Hauses herab; cf. 1001: dein susum ascendam in tectum, ut illum hinc prohibeam.

1054: Blepharo geht ab, jedenfalls zum Hafen.

1055. Intro ego hinc eo: Juppiter in das Haus.

1068: Amphitruo in das Haus; ehe er jedoch dasselbe vollständig erreicht, stürzt er, vom Donnerschlag betäubt, nieder. cf. 1089 ff.

1069: Bromia aus dem Haus.

1146: Quam valide tonuit! Juppiter tritt unter Donner auf.

v. 1159: Ego in caelum migro; Juppiter ab; wahrscheinlich nach der Seite; denn gegen ein *αἰώρημα* spricht der Ausdruck migro, der absichtlich deshalb vom Dichter gewählt scheint.

v. 1161: Ibo ad uxorem intro: Amphitruo in das Haus.

Asinaria.

v. 51: Equidem scio iam filius quod amet meus Istanc meretricem e proxumo Philaenium.

v. 116: Libanus ab in die Stadt; cf. 249: Iam diust factum, quom discesti ab ero atque abiisti ad forum.

v. 124: Sed quid ego cesso ire ad forum: Demaenetus ab auf das Forum.

v. 126: Sicine hoc fit? foras aedibus me eiici? Argyrippus wird aus dem Haus der Lena Cleareta herausgeworfen, gegen welches er den folgenden Monolog spricht.

v. 150: Atque eccam inlecebra exit tandem: Cleareta aus ihrem Haus, wohin sie v. 238 zurückkehrt.

v. 246: Argyrippus ab zum Forum; cf. 243: Nunc pergam ad forum.

v. 247: Libanus vom Forum; cf. 249.

v. 265: Leonida kommt aus der Stadt, wo er in einer Barbierstube war; cf. v. 340.

v. 377: Leonida zum Forum; cf. v. 364 ff. Daher wird v. 378 der Merkator von der entgegengesetzten Seite vom Hafen kommen müssen, in dessen Nähe die v. 354 erwähnten Bäder zu denken sind.

v. 404: Leonida kehrt vom Forum zurück.

v. 421 ff.: Iussin; sceleste, ab ianua hoc stercus hinc auferri? Iussin columnis deicier operas araneorum? Iussin in splendorem dari has bullas foribus nostris?

v. 499: Mercator und Leonida auf das Forum.

v. 500: Cleareta mit Philaenium aus ihrem Haus, wohin sie v. 539 zurückkehren; cf. 538: intro abi.

v. 540: Leonida und Libanus vom Forum.

v. 584: Argyrippus und Philaenium aus dem Haus der Cleareta.

v. 734: Angiporto Illac per hortum circumit, clam ne quis se videret Huc ire familiarium.

v. 738: Argyrippus und Philaenium in das Haus der Cleareta. — Ueber das Abgehen der beiden Sklaven ist nichts gesagt; sie treten auch nicht mehr auf; am wahrscheinlichsten gehen sie in das Haus ihres Herrn.

v. 739: Diabolus und Parasitus aus der Stadt.

v. 802: Diabolus und Parasitus in das Haus der Cleareta, aus welchem sie v. 803 — nach einer Lücke — zurückkehren.

v. 820: Diabolus in die Stadt; Parasitus in das Haus des Demaenetus zu dessen Frau; cf. 810 und 813.

v. 821: Die folgende Scene muss im Haus der Cleareta spielend gedacht werden; Ekkyklema.

v. 842: Artemona mit dem Parasiten aus ihrem Haus.

v. 871: Demaenetus, Argyrippus, Philaenium werden auf dem Ekkyklem herausgerollt.

v. 872: Aucupemus ex insidiis clanculum, quam rem gerant.

v. 932: Alle ab in den Hintergrund.

Aulularia.

v. 2: Ego Lar sum familiaris ex hac familia Unde exeuntem me adspexitis.

v. 31: Eam ego hodie faciam ut hic senex de proxumo Sibi uxorem poscat.

v. 40: Euclio treibt die Staphyla aus seinem Haus: Exi, inquam; age, exi; exeundum hercle tibi hinc est foras.

v. 46: Illuc regredere ab ostio.

v. 55: Abscede etiamnunc; etiam. Ohe, istic adstato. cf. 58.

v. 66: Euclio ab in sein Haus: Nunc ibo, ut visam, estne ita aurum, ut condidi.

v. 79: Euclio aus seinem Haus: Nunc defaecato demum animo egredior domo.

v. 103: Staphyla in das Haus des Euclio. Eucl. „Tace atque abi intro.“ Steph. „Taceo atque abeo.“

v. 119: Euclio geht in die Stadt zum Distriktsvorsteher; cf. 104 ff.

v. 120: Eunomia und Megadorus aus dem Haus des Letzteren; cf. 133: „Eo nunc ego secreto te huc foras eduxi.“

v. 141: Eun. „Id quod in rem tuam optumum esse arbitror, te id monitum aduento.“

v. 164: Meg. „Novistin hunc senem ex proxumo pauperculum?“

v. 168: Meg. „Vale!“ Eun. „Et tu frater“. Eunomia geht hier wohl in das Haus zurück, da aus der urbana parodos schon im nächsten Verse Euclio tritt.

v. 170: Meg. „Sed eccum video; nescio unde sese homo recipit domum. Euclio kehrt aus der Stadt zurück; cf. 171—174.

v. 196: Euclio in sein Haus: Meg. „Quo abis?“ Eucl. „Iam ad te revortar; nam est, quod uisam domum;“ er kommt v. 200 wieder heraus.

v. 236: Euclio eilt in sein Haus, wo er Eisen klirren zu hören glaubt; cf. 234 f., er kehrt 242 zurück.

255: Megadorus ab zur Fleischbank: Heus, Strobile, sequere propere me ad macellum strenue.

v. 264: Staphyla aus dem Haus des Euclio; cf. 261: Heus, Staphyla, te uoco.

v. 266: Euclio geht auf das Forum; cf. 265: „Curata fac sint, quom a foro redeam domum."

v. 271: Staphyla in das Haus zurück; cf. 270: Ibo intro.

v. 272: Strobilus kehrt mit den gedungenen Köchen und Flötenspielerinnen vom Markt heim.

v. 282: „Vicini huius Euclionis hinc e proxumo."

v. 322: Strob. „Vos ceteri ite huc ad nos": ein Theil des Gesindes geht in das Haus des Megadorus.

v. 341 f. Strobilus führt den Congrio mit den übrigen Köchen vor das Haus des Euclio, aus welchem er die Staphyla ruft. Strob. „Sequere hac me." Cong. „Sequor." Strob. „Heus Staphyla prodi atque ostium aperi." Staph. „Qui vocat?"

v. 354: Staphyla mit den Köchen in ihr Haus; Strob.: „Duc istos intro." Staph. „Sequimini."

